SC.22.Pl.5.

37
32 C
23

N° 1582

Digitized by Google

# D. GREGORII PLACENTINII

ABBATIS S. MARIÆ INVIALATÆ VELITRARUM

*ORD. S. BASILII*

# DE SIGLIS VETERUM GRÆCORUM

OPUS POSTHUMUM

*ET*

# DE TUSCULANO CICERONIS

NUNC CRYPTA-FERRATA

## D. BASILII CARDONI

ABBATIS S. BASILII DE URBE

*EJUSDEM ORDINIS*

DISCEPTATIO APOLOGETICA.



*ROMÆ MDCCLVII.*

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLÆ IN VIA CURSUS.

EX TYPOGRAPHIA JOANNIS ZEMPEL

PROPE MONTEM JORDANUM.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

Digitized by Google

Digitized by Google

*EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO*

PRINCIPI

# NERIO CORSINIO

## S. R. E. CARDINALI,

*AC SACROSANCTÆ LATERANENSIS BASILICÆ*

ARCHIPRESBYTERO

D. BASILIUS CARDONI

AB. S. BASILII DE URBE.

NUllum profecto, PRINCEPS EMINENTISSIME, inter cauſsas illas diſcrimen intercedit, tum quæ mihi ad præſens Opus in lucem emittendum, tum quæ ad illud idem inclyto Nomini Tuo conſe-



Digitized by Google

crandum ſtimulo, atque incitamento fuerunt. Hujuſmodi autem cauſſæ ſicuti, quoad Operis ipſius editionem, a pietate, ab officio, a grati, memoriſque animi erga Virum de me optime meritum affectione ſuam traxerunt originem; ſic tales rerum ſpecies dum menti meæ obverſatæ ſunt, non abſimiles alias, eaſque maxime præſtantes, atque illuſtres acceptorum beneficiorum, & juſti, debitique pro iiſdem tributi perſolvendi imagines excitarunt. Et ſane quidem quonam pacto id fieri poterat, ut res aliter eveniret? Si enim verum eſt, quod humani intellectus vim, & facultatem penitius contemplantibus ſatis luculenter perſpicuum fit, ut quamplurimæ noſtrarum cogitationum ab hujuſmodi ſpecierum conjunctione ortum ſuum, originemque deſumant; quomodo in recolendo uno, quod magnum mihi appareret acceptum in vita mea benefi-

neficium, ac proinde in univerſum de beneficiis cogitanti, aliorum illico, atque aliorum ſubinde beneficiorum imagines non recurrerent, quæ me de grati animi debito admonerent, & dum de uno Benefactore meminiſſem, de aliis Patronis ſummis, & magnis Principibus memoria meum pectus, animumque non extimularet? Ita plane factum eſt, Princeps Eminentissime: Etenim dum ſcripta hæc vulgandi cauſſa recenſens, rationes, quæ me potiſſimum ad hoc movebant, animo revolverem, cogitabam quidem, & gratiſſimo animo cogitabam de Clariſſimi Viri Gregorii Placentinii Operis hujuſce Auctoris, & amantiſſimi Præceptoris mei meritis erga me: quemadmodum ſcilicet tali homine, & in Monaſtici Inſtituti mei officiis obeundis, in omnium ſtudiorum meorum ratione perſequenda, in optimis vitæ, & doctrinæ præceptis addi-

ſcen-

Digitized by Google

ſcendis, duce potiſſimum & magiſtro mihi uti feliciter contigiſſet. Ecce autem de iiſdem hiſce rebus, & de tota meæ vitæ ratione meditanti, & unde hoc tantum boni initium habuiſſet, perpendenti, clariſſimum Corsiniæ Gentis Nomen animo affulſit, ſtatimque perſpicuum, & luculentum factum eſt, horum omnium bonorum ſortem, poſt ſupremam Dei Opt. Max. benignitatem, a me uni Tuæ præclariſſimæ Domui meritiſſimo jure acceptam eſſe referendam. Et quidem quoad longiſſime præteriti temporis memoria a nobis repetatur, totiuſque Domus meæ Tibi addictiſſimæ ſtatus, ac ratio conſideretur; neceſſario fatendum eſſe deprehendo, nos niſi maxime ingrati eſſe velimus, quantum quantum boni, emolumenti, & decoris ſumus conſequuti, tantum liberalitatem, & beneficentiam talium, tamque inſignium Benefactorum eſſe nobis extol-

tollendam, ac prædicandam. Qua quidem in re potiſſimus omnium, & maximus occurrit Patruus tuus memoriæ numquam interituræ Clemens XII., a quo pro famulatu, qui a meis Tanto Principi præſtari contigit, tot in nos omnes benignitatis, & munificentiæ inſignia promanarunt, ut nulla umquam oblivione ex animo noſtro deleri poſſint. Ad hæc autem quum & illud acceſſerit, ut ego non privatorum tantum erga me, meoſque Conjunctos beneficiorum nomine Tanto Pontifici debitor ſim, ſed etiam pro Monaſtico, quod profiteor, Inſtituto ſummam ejuſdem erga Cryptæ-Ferratæ Cœnobium munificentiam fuerim expertus: vel ob hoc duplici titulo, & privati debiti, & communis Religioſæ Familiæ, cujus divino beneficio alumnus ſum, & in quo tantum ornatus, & commodi incrementum generoſa Clementis XII. liberalitate ad-

auctum

auctum eſt; merito ex utraque parte quidquid boni me habere agnoſco, atque lætor, gratus, lubenſque profiteor, Inclyto Corsinio Nomini acceptum eſſe referendum. Ad eum igitur finem, ut memorata beneficia non ſolum aliqua qualicumque nota per nos expreſſa, & conſignata, ſed & tanta benignitas apud poſteros etiam teſtata ſit, ſiſto Tibi, atque offero, Cardinalis Amplissime, in præſenti Opere, quod exhibeo, parvum quidem, & exiguum animi mei memoris, omniumque meorum munuſculum, & pignus; verum quod Tibi etiam aliis nominibus maxime proprium, atque conveniens ſit. Non enim ſolum ex eo, quod quidquid operæ meæ fructus eſt, tuus omnino pro tantis titulis fructus ſit; ſed ex eo etiam quia illud, quod in Opere ipſo continetur, nulli magis gratum, magiſque jucundum accidere poſſe exiſtimandum eſt,

quam

Digitized by Google

quam Tibi, qui tum propria indole, tum Patrio, atque Majorum exemplo ad hujuſce eruditionis cultum, incrementum, patrocinium propenſus, ac natus videaris. In hocce autem Commentario, quod & de Siglis Veterum Græcorum, & de Ciceronis Tuſculano eſt conſcriptum, quum complura paſſim occurrant, in quibus antiquorum monumentorum meritum, ac præſtantia eluceſcit, & unde etiam tum Latinæ, tum Græcæ litteraturæ major lux accendatur; nonne tale Opus Inclyti Nominis Tui titulo jure inſigniendum ſit, in quem Patrui Pontificis glorioſa hæreditas redundat, quod Ille nimirum tam ante quam poſt adeptum ſupremi Principatus faſtigium, præter alias potiſſimas, & Viro Summo, & Pontifice dignas curas, ita ſe erga litteras, & litteratos homines ſemper geſſerit, ut non ſolum talium Virorum cœtus auxerit, ac promoverit; ſed

& Domus ejus eruditorum perfugium, ac doctorum hominum ſedes, & domicilium videretur. Qua quidem de re, ut alia ſilentio prætermittam quamplurima, & quammaxima, præclariſſimum certe tanti Principis erga elegantiorem omnem, & exquiſitiorem rerum cognitionem, ſcientiam, atque eruditæ antiquitatis ſplendorem in Capitolio teſtimonium manebit ſemper apud poſteros perpetuum, magnificus ille, & ſplendidus rariorum, & ſelectiorum monumentorum Apparatus, in quo conficiendo Clementis ejuſdem mens providentiſſima admirando liberalitatis, & magnanimitatis exemplo, ſtudioſorum ſimul incitamento, exterorum admirationi, & Principis Urbis dignitati pro dignitate voluit, & pro majeſtate conſultum. Ea autem tam glorioſa Tanti Pontificis veſtigia, quod Tu ſemper ſollicite inſtiteris, atque inſiſtas, ſatis manifeſto

Digitized by Google

ſeſto documento ſunt, quæ a Te ipſo ad inſtar Patrui in litteratorum favorem, & gratiam impenſo ſtudio præſtantur, & præſtita ſemper ſunt. Sunt, inquam, documento tum iidem pariter litterarii Cœtus, qui intra magnificæ Domus Tuæ ſepta, quaſi in amœnum quemdam Muſarum receſſum, & ſplendidum litterarum theatrum ſtudioſe confluunt, quorum ſapientiam, & eruditionem, non minus quam magnificentiſſimi Ædificii ſplendorem tota Urbs miratur, & obſtupeſcit. Documento itidem porro etiam eſt Bibliotheca lectiſſima, atque ornatiſſima, quæ eximia liberalitate Tua patet tandem in publicum uſum. Documento poſtremo inter alia tot ac tanta Tui in bonas artes amoris, & ſtudii, quæ ſunt; ille vere nobilis, & generoſus animus eſt, propter quem talium artium cultores peculiari inſtinctu Te colere, ingeniorum



Digitized by Google

ſuorum partus Tibi offerre, & exhibere certatim conantur. Quod quum naturæ, ac virtutis Tuæ fructus eſt, tum etiam hoc Corsiniæ Gentis proprium, ut propter nobiles ſuas, ingenuaſque dotes, omnium hominum, ac præſertim litteratorum amorem ad ſe excitet, atque rapiat. In quo unanimi univerſorum conſenſu, ſi ipſe ſolus, qui majora Domus Tuæ virtutis, & benignitatis experimenta ſuſcepi, huic officio defuiſſem; verendum merito mihi fuiſſet, ne peſſima ingrati animi nota, & macula impoſterum ſemper laborarem. Quæ prima quidem, atque potiſſima, Cardinalis Amplissime, fuit cauſſà, cur Tibi Opus hocce dedicarem, ſicut in præſentia non ipſum dumtaxat Opus, ſed me ipſum, meoſque omnes Tibi, ac Patrocinio Tuo in perpetuum dico, offero, & trado.



Digitized by Google

# NOS D. GREGORIUS SANFILIPPO

## SAC. THEOL. MAGISTER,

Abbas perpetuus S. Nicandri, Regius. Conſiliarius, & totius Ordinis S. Baſilii

## ABBAS GENERALIS.

CUM Librum, cui titulus eſt: *De Siglis Græcorum antiquis*, *Opus poſthumum Rm̃i P. S. T. Mag. D. Gregorii Placentinii Abbatis Viſitatoris Provinciæ Romanæ-Neapolitanæ* Ordinis S. Baſilii, auctum, & typis dandum ab Ad. R. P. D. Baſilio Cardoni ejuſdem Ordinis Priore in Monaſterio Veliternenſi, qui & Diſſertationem Apologeticam de Agro Tuſculano adjunxit &c. duo noſtri Ordinis Theologi de noſtro mandato attente examinaverint, dignumque eſſe prælo in ſcriptis Nobis retulerint; Ideo, ſi ita ad quos ſpectat videbitur, imprimi poſſe licentiam concedimus, & impertimur. In quorum fidem &c. Datum ex hoc noſtro Collegio S. Baſilii de Urbe die 20. menſis Septembris 1756.

*Gregorius Ab. Generalis.*

*Ab. B. Zappia Secr., & V. Aſſ. Generalis.*

Digitized by Google

*IMPRIMATUR*,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

*F. M. de Rubeis Patriar. Conſtantinop. Viceſgerens.*

# APPROBATIO.

EX juſſu Reverendiſſimi P. Auguſtini Orſi Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri perlegi Reverendiſſimi P. D. Baſilii Cardoni ejuſdem Ordinis Definitoris Diſſertationem in Opus Poſtumum P. Ab. Gregorii Placentinii *De Siglis Veterum Græcorum*, cum Diſſertatione Apologetica *De Tuſculano M. Tullii Ciceronis adverſus P. Jo: Lucam Zuzzeri Soc. Jeſu*, in quibus cum ſingularem eruditionem, tum vetuſtatis, tum litterarum Græcarum notitiam animadverterim cum ſumma modeſtia conjunctam, nec quicquam in iis eſſe, quod Religionis Chriſtianæ inſtitutis, aut Catholicæ Fidei documentis adverſetur, publicis typis, atque omnium eruditorum lectione utrumque opus dignum cenſeo.
Datum ex Vatic. Bibliotheca Kal. Jul. MDCCLVII.

*Franciſcus Marianus Bibliothecæ Vatic. Scriptor Græcus.*

APPRO-

Digitized by Google

# APPROBATIO.

MAndante Reverendiſſimo P. Joſepho Auguſtino Orſi, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, librum perlegi, qui duplicem complectitur Diſſertationem, alteram ſcilicet *De Siglis Veterum Græcorum*, alteram Apologeticam *De Tuſculano M. Tullii Ciceronis* inſcriptam; nihilque in eo reperi, quod aut Catholicæ Fidei, aut bonis moribus adverſetur; imo græcarum litterarum, & antiquitatis eruditionem plurimam in ipſo elucere novi: quapropter opus dignum cenſeo, quod typis conſignetur.

Datum Romæ III. Idus Julii Anno MDCCLVII.

*Philippus Laurentius Dioniſi Sacroſ. Vaticanæ Baſilicæ Beneficiatus.*

*IMPRIMATUR.*

Fr. Vincentius Elena Mag. Socius Reverendiſſimi Patr. Magiſtri Sac. Palatii Apoſt. Ord. Prædic.

D. BA-

Digitized by Google

Digitized by Google

# D. BASILII CARDONI

## IN OPERIS POSTHUMI

*REVERENDISSIMI ABBATIS*

# D. GREGORII PLACENTINII

## DE SIGLIS VETERUM GRÆCORUM

## EDITIONEM

## *Prævia Diſſertatio.*

DUM tibi, Lector benevole, ſcripta hæc, ſtudio quidem atque opera Clariſſimi Viri Gregorii Placentinii elucubrata, mea autem cura in lucem emiſſa primum exhibeo, paucis te tum de præſtanti Auctoris merito, tum de meo conſilio & propoſito, ac de cauſis, quæ me ad hoc potiſſimum impulerunt, admonendum exiſtimo. Et primo quidem, qualis quantuſque Vir fuerit Gregorius Placentinius, quam bene de Græcis litteris, & Antiquitatibus meritus, neminem Græcæ

litteraturæ paulo amantiorem eſſe arbitror, qui poſſit ignorare. Quamquam enim lucubrationes illius, quibus rem literariam adauxit, brevibus opuſculis comprehenſæ ſunt, ea tamen elegantia conſcriptæ, tantopere elaboratæ, ac tam ſolida eruditione plenæ ſunt, ut in hac quidem re nihil abſolutius fieri poſſe videatur. Et ſane quid Græcæ literaturæ ſtudioſo, ad veterum Characterum formas intelligendas ipſius Epitome (1) opportunius? Quanta porro claritate, & brevitate in Diſſertatione, quæ Epitome adjecta eſt, Græcæ pronunciationis rationem explicavit? Quam efficaciter & ſolide in Commentario (2) objectationes Mirtisbi Sarpedonii, ſeu P. Friderici Reiſſenberg Soc. Jeſu refutavit? Quot lapideis marmoreiſque Monumentis hujuſmodi Operi lucem adjunxit? Quanta denique is in aliis etiam rebus peritia, atque in Hiſtoricis potiſſimum pollens erat? Cujus quidem rei ſatis luculentum (ut alia omittam) in vindicato (3) Benedicti IX. Pontificis Maximi pio obitu monumentum nobis relictum eſt: ex quo facile colligi poſſit, quanto is majora præſtiturus fuiſſet, ni valetudine, & Monaſticis occupationibus impeditus fuiſſet. Quum igitur Clarus Vir in eo eſſet, ut bipartitam hanc (quam nos nunc in lucem emittimus) Tractationem in Eruditorum uſum & commodum evulgaret, immatura, proh dolor! mors tam utile ejus conſilium repente interrupit. Hoc autem acerbum vulnus, quod omnibus triſtiſſimum accidit, mihi peculiari ratione graviſſimum, & multis de cauſis peracerbum fuit. Qui enim ab ineunte adoleſcentia ſub tanti Viri magiſterio in Græcis litteris, in Philoſophicis ac Theologicis diſciplinis novem ferme annorum ſpatio in Cryptoferratenſi Cœnobio operam dediſſem, eumdemque per plures an-

nos

(1) *Edita Romæ A. D. 1735. typis Salvioni.* (2) *Edit. Romæ 1751. typis Bernabò.*
(3) *Edit. Romæ A. D. 1747. typis Bernabò & Lazzarini.*

nos hujuſce Monaſterii Velitris Præfecturam gerentem Patris amantiſſimi loco habuiſſem, ſemperque illum ut auctorem, & præceptorem omnium conſiliorum, totiuſque vitæ veneratus eſſem; fieri non potuit, quin jacturam hujuſmodi graviſſime dolerem. Huic porro dolori cum aliud accederet dolendum, quod obitu illius litterariam rempublicam ob ineditum hoc illius opus magna utilitate fraudatam conſiderarem; nequaquam negligendam mihi opportunitatem exiſtimavi; ut & eruditorum commodis aliquid operæ meæ impenderem, & mei Præceptoris memoriæ documento aliquo grati animi mei pignus conteſtarer. Hiſce itaque de cauſis feci libentiſſime, quod alioquî ad faciendum numquam animum induxiſſem, ut ad operis hujus editionem adornandam me accingerem, in qua quid a me præſtitum ſit, cognitum eſſe lectoribus tum mea, tum ipſorum, tum ipſius Auctoris cauſa plurimum intereſſe arbitror. Et primum quod ad opuſculum attinet, quod *de Siglis* eſt conſcriptum; notum eſſe oportet, totum illud quidem ab Auctore abſolutum, perfectumque eſſe; ut itídem factum eſſet in Diſſertatione, in qua *de Ciceronis Tuſculano* pertractatur. Quia tamen morte præventus pauca admodum hac ſuper re, & ea omnino indigeſta reliquerat, idcirco mihi provinciam aſſumpſi, rem totam de integro retexere, abſolutamque ſuper Tuſculano noſtro Diſſertationem conficere, ut Præceptori meo & in hac re gratificarer, atque eorum opinionibus, & partium ſtudio obviam irem, qui rem tamdiù quamplurium ſententia, & quidem eruditorum conſtantem oppugnare conati ſunt. Quia tamen nolui, ſi quid a me minus apte, aut minus eleganter appoſitum foret, ut Viro Clariſſimo adſcriberetur; idcirco & hac de re monitum lectorem volo. Præter totum autem hoc, quod ad Placentinias atti-

net lucubrationes, & ſtudium, quo impulſus ſum ad faciendum ne noſtri Auctoris ſcripta interirent; non omittendum duco exponere etiam rationem conſilii, quod in hac re propoſitum ipſi fuit; qui etiamſi non ignoraret, tot doctiſſimos Viros eſſe, quorum integri de Græcorum Siglis libri ſunt conſcripti, & nuperrime Clariſſimi Patris Corſinii Cleric. Regul. Schol. Piar., nunc Præfecti Generalis, ac de iiſdem ipſemet in ſua Palæographiæ Epitome, & Græcæ Pronunciationis Commentariolo Tractationem aliquam confecerit; nihilominus novum Commentarium texere non inopportunum exiſtimavit; tum ut rem tantam magis magiſque perſpicuam redderet, tum potiſſimum ut adoleſcentibus brevitate conſulere ſtuderet. Hoc igitur animo quæ doctiſſimi Viri Smetius, Reineſius, Gorius, Maffejus, aliique plurimi ea ſuper re fuſe, lateque dixerunt, ita ſummatim complectitur, ut nihil prorſus eorum, quæ ab illis expoſita ſunt, per illum omittatur. Deinde plurimas Inſcriptiones forte ineditas, novas Siglas, & aliquorum, quæ jam ab aliis expoſita fuerunt, animadverſiones exhibet; quæ prorſus incerta ſunt, omittit, quæ vero dubia, ut talia exponit: adeo ut ipſe ſuo opere ſi nihil aliud, illud certe obtinere poſſe dicendus ſit, quod olim Q. Tullius Cicero ad Marcum Fratrem de Conſulatus Petitione ſcribens ſe facturum promiſit: *Non ut aliquid ex iis novi adjicerem, ſed ut ea, quæ in ſe diſperſa, atque infinita viderentur eſſe, ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur.*

Ut autem ſcriptis ipſius pro mea virili parte conſulam, & Operi in adoleſçentium, vel tironum gratiam, quod Auctori maximæ curæ fuit, major lux accedat; non ab re fuerit generatim in anteceſſum quædam hîc de Græcis, Latiniſque Siglis præfari, & nonnulla ad hanc rem pertinentia hoc eodem

Digitized by Google

eodem loco apponere, quæ a nobis reperta, & obſervata permultum conducere viſa ſunt ad ceterarum rerum, atque monumentorum intelligentiam, quæ in totius operis decurſu reperiuntur.

## *De Siglis univerſim, deque eorum uſu.*

Atque ut ad notionem vocabuli, de quo primùm agendum occurrit, deveniamus, ſciendum, *Sigla*, ſive *Siglas*; *Signa* ſive *notas* (quandoquidem nominibus his eadem res exprimi conſuevit, Feſto dicente: *Siglæ erant litteræ, vel ſingulæ, vel binæ*: Et *nota nunc ſignificat ſignum, nunc litteras ſingulas, aut binas*) eas eſſe, quæ in antiquiſſimis Græcarum Urbium nummis conſpiciuntur; in illis enim Civitatum, Deorum, Regum, aliorumque Illuſtrium Virorum nomina obſcure, ſive variis notarum generibus referuntur. Quamvis autem plura ipſe Placentinius ex Clar. Montfauconio Palæograph. pag. 122. exſcripſerit, atque in ſuam Epitomen pag. 23. conjecerit, non alienum tamen eſt, ſi nonnullas obſervatu dignas, quas nobis contigit reperire, etiam nos hîc recenſeamus. In antiquiſſimo Amyntæ Regis nummo, qui anno I. Olympiad. LXIII. regnare cœpit, hæc inſcripta ſunt:

B A M I
Ր T ◻ Ч

Ubi, ut primum aditum ad hujuſmodi notarum, ſive ſiglarum explicationem faciamus, notandum hoc loco exhibemus, per litteram quidem hanc B. Βασιλέως, alia vero nota M. Μακεδόνος integram vocem indicari: perinde atque inibi ſcriptum foret Βασιλέως Ἀμύντου Μακεδόνος, ſive Μακεδόνων.

In

In Pariorum vero nummis hæc Sigla ſæpiſſime exarantur , , ΠΑΡΙΟΝ, videlicet Παρίων Pariorum. Quin in Alexandri Nummo hoc conſpicitur monogramma , quod Μακεδόνων Macedonum fortaſſe ſignificat. Non incommodum autem hic animadvertere eſt, Siglarum uſum ex nummis ad Clypeos etiam, & Vexilla, ut ex monumentis apparet, fuiſſe translatum: tradit ſiquidem Xenophon Rer. Græc. lib. IV. a Sicyoniis in Clypeis ſuis litteram Σ. Olympiad. circiter XCVI. inſculptam fuiſſe, quemadmodum ab Argivis in Vexillis, Clypeiſque principem ſui nominis litteram, nimirum A., & a Lacedemoniis Λ. inſcriptam accepimus. Cujus quidem rei nec in Sacris etiam Paginis exempla deficiunt. Et ſane non a vero abludens illorum opinio eſt, qui ita exiſtimant, egregias illas, & generoſas animas, Divinæque legis defenſores acerrimos, ea de cauſa anno Mundi 3836. Machabæos eſſe nuncupatos, quod nimirum in Vexillis ſuis litteras has M. C. B. I. præſeferrent, quæ initia ſunt vocum Hebræarum, quibus hæc ſententia, quæ in Exodo 15. 11. legitur, ſignificatur. *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* MI CAMOCA BAELIM IEHOVA. Quod quidem de Daniele Propheta magis etiam perſpicuum, magiſque celebratum eſt, quippe qui Balthaſſari Babyloniorum Regi litteras has M. T. P., quæ in ſuperficie parietis Aulæ Regiæ, quaſi manu hominis ſcribebantur, ad illius perniciem interpretatus eſt. MANE THECEL PHARES, quas nemo Magorum explicare potuiſſet; unde de eodem Daniele dictum fuit, quod interpretationem ligatorum haberet. Quæ ſane res argumento ſunt, hujuſmodi Siglorum uſum apud Græcos, aliaſque Nationes antiquiſſimum eſſe. Quum autem, lector erudite, apud Laertium de Xenophonte dicentem legeris (1): Καὶ πρῶτος

(1) *Lib. II. Segm. 48.*

ὑπο-

ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν : *quod primus notis excipiens*, *quæ* a Socrate *dicebantur*, *in homines protulit*, animadvertendum eſt, de ſignis illis intelligendum eſſe, quæ propriè notæ dicebantur, quæque a litteris ipſis, uſitatiſque characteribus maxime abhorrebant : unde apud Scriptores diſtinctio inter *Siglas*, & *Notas* orta eſt, & celebre effatum hoc apud Juriſconſultos *Notæ ipſæ litteræ non ſunt*, quamquam, ut ſupra diximus, a pleriſque promiſcuè nunc accipiantur.

## *Quis Siglorum Auctor apud Latinos.*

HUjuſmodi autem Notarum, Siglorumque uſum multis poſt annis a Latinis receptum fuiſſe hîc obſervare etiam operæ pretium eſt, earumque Auctorem Ciceronem fuiſſe memoriæ prodit Plutarchus (1), qui de tribus illis nominibus agens apertiſſime teſtatur, quod idem Cicero, quum Quæſtor in Sicilia foret, Τοῖς θεοῖς ἀνάθημα ποιούμενος ἀργυροῦν, τὰ μὲν πρῶτα τῶν δύο ὀνομάτων ἐπέγραψε, τόντε Μάρκον, καὶ τὸν Τύλλιον, ἀντὶ δὲ τοῦ τρίτου σκώπτων ἐρέβινθον ἐκέλευσεν παρὰ τὰ γράμματα τὸν τεχνίτην ἐντορεῦσαι (2). *Donum argenteum Diis conſecravit*, *in quo initia inſcripſit duorum nominum Marci Tullii*, *tertii loco ludens cicerem juſſit artifici prope illas litteras incidere*. Hæc igitur priora nomina Marcus Tullius Siglìs hiſce M. T., tertium vero *Cicero*, cicere tamquam nota, vel ſigno in eo anathemate exprimi voluit.

Neque prætereunda hîc etiam Dionis (3) opinio eſt, qui Notarum Auctorem Mœcenatem eſſe exiſtimavit, propterea quod

(1) *In Catone.* (2) *In Cicerone.* (3) *Lib. IV.*

quod veteribus illis paucis, vel Ciceronianis Notis novas quaſdam adjecit: ὅτι πρῶτος σημεῖα τινὰ γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε. *Primus ſigna quædam litterarum ad celeritatem invenit*. Ex quibus inde temporibus adeo frequens notarum, Siglarumque uſus fuit apud Romanos, ut nulla propemodum monumenta tum publica, tum privata conſpiciantur, quæ variis, arbitrariiſque ejuſmodi ſignis ſcripta non ſint (1). Adeo ut maxime idoneus, & felix ille ſcriptor haberetur, a quo facile, celeriterque eæ in ſcribendo exciperentur, quemadmodum cecinit Cl. Poeta Manilius, qui Auguſti tempore vixit,

> *Hic & erit felix Scriptor, cui littera verbum,*
> *Quique Notis linguam ſuperet, curſimque loquentis*
> *Excipiat longas nova per compendia voces.*

Ut autem ad Græcorum Sigla reditum faciamus, eaque potiſſimum, quæ in lapidibus reperiuntur, quo nomine numerales etiam Notas intelligi volumus; illud primum diſpiciendum nobis, & obſervandum eſt, an ea una cum iſtis, ut ita dicam, Inſcriptionibus orta ſint; atque ut ordine procedamus, de ipſarum Inſcriptionum origine verba nobis facienda ſunt.

## *De Inſcriptionum origine.*

AC primum quidem, ni fallimur, Inſcriptionum monumentum duæ illæ celebres columnæ ſunt, quas Sethi Nepotes excitarunt, de quibus hæc narrat Joſephus lib. I. Antiquit. Judaic. Cap. 3. *Neve inventa ſua ex hominum notitia dilaberentur, cum Adamus generalem Mundi interitum* unum

(1) *Videſis Nieuport in Append. pag. 461.*

*unum incendio, diluvio alterum prædixiſſet, duas excitaſſe columnas, alteram lateritiam, alteram lapideam, & utrique ſua inventa inſculpſiſſe: ut ſi lateritia diluvio periret, ſuperſtes eſſet lapidea, quæ hominibus diſcendi copiam faceret.* Eamdem propemodum rem pius Abbas Serenus apud Caſſianum Coll. VIII. de Principatibus Cap. 21. Chamo Noë filio, ut ſacrilegis, profaniſque artibus imbuto perperam adſcripſit, ſecundum erroneam vulgi opinionem. Attamen Sem, Cham, & Japhet, uti S. Thomas ait in Cap. VI. Gen., fuerunt paternæ juſtitiæ imitatores, propter eaque Arcam ingreſſi, & a Diluvio erepti. *Quantum itaque dixit ille, antiquæ traditiones ferunt, Cham filius Noe, qui ſuperſtitionibus iſtis, & ſacrilegis ac profanis fuerat artibus inſtitutus, ſciens nullum ſe poſſe ſuper his memorialem librum in Arcam prorſus inferre, in qua erat una cum Patre juſto, ac ſanctis fratribus ingreſſurus, ſceleſtas artes, ac profana commenta diverſorum metallorum laminis, quæ ſcilicet aquarum corrumpi inundatione non poſſent, & duriſſimis inſculpſit lapidibus: quæ peracto diluvio, eadem quæ celaverat curioſitate perquirens, Sacrilegiorum, ac perpetuæ nequitiæ ſeminarium tranſmiſit in poſteros.*

Enimvero tantus poſt ea tempora Scriptorum lapidum extitit numerus, ut Sanchoniathon Beritius (1) antiquiſsimus Phœniciarum rerum Scriptor, ipſoque Moſe uno alterove ſæculo recentior, ex variis inſcriptionibus, quas in Templo, atque columnis cum apud Hebræos, tum apud Ethnicos reperit, majorem ſuæ Hiſtoriæ partem perſcripſerit. Eum ſequutus antiquus auctor Euhemerus ex Inſcriptionibus cujuſdam Columnæ aureæ in Templo Jovis Triphylii, ab ipſo Jo-



(1) *Vide Huetium propoſ. IV. pag. 52.*

Digitized by Google

ve, ut indicabat titulus, poſitæ, Jovis, ceterorumque Deorum hiſtoriam compilavit. Qua de re Clarus Huetius prop. IV. pag. 208., & pag. 58. videndus eſt. Id inſuper fuit in more, inſtitutoque majorum, ut principia ſcientiarum, reſque memoratu dignæ in ligneis, lapideiſve columnis deſcriberentur. Hinc celebres illæ Mercurii Columnæ (1) apud Ægyptios, per quas in Philoſophia adeo profecerunt Pythagoras, Plato, & alii. Hinc illæ in Tingitana erutæ, in quibus Phænices, ſe a Joſua patria exterminatos ſcripſerunt. Hinc illæ, quibus Alexandri fœdera cum Mitylenæis & Tenediis inſculpta ſunt.

Columnas ad ſignandos terrarum a ſe domitarum limites adſcriptis titulis excitavit Seſoſtris*. Piſiſtratus (2), uti accepimus, in lapideis columnis præcepta agricolis perutilia expreſſa reliquit. Quod ſi ad ſacras litteras provocare velimus, nonne legem a Deo in Tabulis lapideis deſcriptam fuiſſe, & Moſen Deuteronomium (3) ingentibus, & calce lævigatis lapidibus inſcribi juſsiſſe legimus?

More ceterarum Nationum Romanos etiam cum Inſcriptionibus monumenta poſuiſſe, vel a ſui Imperii primordio ſatis conſtat. Tit. namque Livius lib. X. Dec. IV. hæc refert: *Eodem anno* ( Urbis nempe 573. ) *L. Petilii Scribæ ſub Janiculo dum Cultores agri altius moliuntur terram, duæ lapideæ Arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ inventæ ſunt operculis plumbo devinctis, litteris Latinis, Græciſque utraque Arca inſcripta erat. In altera Numam Pompilium, Pomponii filium, Regem Romanorum ſepultum eſſe: in altera libros Numæ Pompilii ineſſe &c.* eodem lib. X. pag. 392. hæc


(1) *Vide eumd. Huet. pag. 60. propoſ. IV.*
(2) *Plato in Hipparcho.*
(3) *Deut. XXIV. 2. 3.*

hæc habentur: *Voverat eam* (Ædem nimirum Laribus Permarinis) *annis duodecim ante L. Æmilius Regillus, Navali prælio adverſus Præfectos Regis Antiochi. Supra Valvas Templi Tabula cum titulo hoc fixa eſt. Duello Magno Regibus dirimendo ** ſubingendis ** patrandæ pacis ** hæc pugna exeunti L. Æmilio M. Æmilii F. Regillo Prætori ** auſpicio, Imperio, felicitate, ductuque ejus inter Epheſum, Samum, Chiumque Claſſis Regis Antiochi ante D. XI. K. Jan. victa, fuſa, contuſa, fugataque eſt &c.*

Ex quibus, Inſcriptionum uſum omni fere memoria antiquiorem eſſe, iiſque Græcos, atque Romanos, ut reliquas ſileam Nationes, maxime fuiſſe delectatos, colligere proclive eſt.

## *Inſcriptio Sigæa omnium antiquiſſima.*

Ceterum ex Marmoribus Græcis, quæ ad hæc noſtra tempora pervenerunt, illud cenſetur antiquiſſimum, quod in Troade inter Sigæum Promontorium, & Campum amnis Scamandri, ante fores Templi cujuſdam pauperis Villæ Chriſtianorum cernitur, quodque a Cl. Chiſullo erudito Commentario expoſitum eſt, atque illuſtratum in Antiquitat. Aſiat. pag. 4. Illud autem tale eſt:



Digitized by Google

(1) Φανοδικου . εμι . του . | ε | ρμοκρατεος . του . προκοννη-σιου . κρητερα . δε . και . υποκρητηριον . και . ηθμον . ες . πρυτανηιον. εδωκεν . σικευσιν .

(2) Φανοδικου . ειμι . του . ερμοκρατους . του . προκονεσιου. κα | ι ε | γω . κρατερα . καπιστατον . και . ἐθμον . ες . πρυτανειον. εδωκα . μνεμα . σιγευευσι . εαν . δε . τι . πασχω . μελεδαινε | ι | ν | ερ | εω . σιγιε | ι | ς . και . με . εποιησεν . αισωπος . και . αδελφοι .

(1) *Phanodici ſum filii Hermocratis Proconneſii. Craterem vero, & hypocraterium, & Colum ad Prytaneum deditis Sigæis.*

(2) *Phanodici ſum filii Hermocratis Proconeſii, & ego Craterem, & (Crateris) baſim, & colum ad Prytaneum dedi memoriæ ergo Sigæis. Si quid vero patiar, curare me (jubebo) Sigæos. Et fecit me Æſopus, & fratres.*

Modus quo Inſcriptio hæc exaratur ipſius manifeſtat antiquitatem: ſcripta eſt enim βουστροφηδὸν, more nimirum boum arantium, qui poſtquam ſulcum fecerunt, retroverſi alium ducunt: unde non immerito idem Cl. Auctor marmor hoc Sigæum, ſeu Phanodici titulum ab Æſopo fabularum inventore, ejuſque fratribus fuiſſe poſitum, atque ad Olimp. L., qua ille floruit, referendum duxit. In eo autem, erudite Lector, ſi ad formam veritatis loqui velimus, nulla nota; nulla ſigla; aphæreſes, apocopæ, apoſtrophæque tantummodo reperiuntur. Sic in verſu tertio legitur ΚΑΓΟ, pro ΚΑΙ ΕΓΟ; in quarto ΚΑΠΙCΤΑΤΟΝ, pro ΚΑΙ ΕΠΙCΤΑΤΟΝ; & in decimo ΜΕΠΟΕΙCΕΝ, pro ΜΕ ΕΠΟΙΗCΕΝ.

Idem ferme dicendum eſt de veterrima Inſcriptione, quæ in Inſula Delo Coloſſeæ Apollinis ſtatuæ ſubjecta, nempe ipſius baſi inſculpta fuerat:

Ο ΑFΥΤΟ ΛΙΤΟ ΕΙΜ ΑΝΔΡΙΑϹ ΚΑΙ ΤΟ ϹΦΕΛΑϹ

Nam

*Non ejuſmodi ſum lapidis ſtatua, & baſis*. Etenim littera O pro diphthongo OY ponebatur, & poſtrema littera in EIMI per apocopen eliſa eſt.

## *In Tabulis Athenienſibus Sigla pauciſſima reperiuntur.*

CEntum circiter ante Alexandrum annos, quatuorque cum dimidio ante Chriſtum natum ſæcula, ut ait Cl. Scipio Maffejus (1), ſeu anno tertio Olympiadis LXXX., ut ſcribit P. Corſinus præclariſſimæ lapideæ Tabulæ ſunt excitatæ Athenienſis Reipub. juſſu, in quibus eorum nomina exarata ſunt, qui pro patria in expeditionibus variis paulo ante occubuerant. Tres illæ fuerunt, teſte Sponio Miſcell. pag. 315., at earum, caſu quo ignoratur, omnino una deperdita eſt. Reliquæ duæ in Regiæ Inſcriptionum Academiæ Gallico Muſæo ſervantur. Ut autem ne minimum quid de ipſarum dubites antiquitate, cum eodem ampliſſimo Auctore Scipione Maffejo obſervare debes, in eis pro Γ conſtanter adhiberi Λ, pro Λ vero hanc figuram V; præterea vocales longæ deſiderantur, & E, & O, ubique eorum loco ponuntur. H ſæpe in illis conſpicitur, ſed ſpiritus vices gerens, ut planum fit ex prima Tabula, quæ ſic incipit:

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ
ΗΟΙΔΕ: ΕΝ: ΤΟΙ: ΠΟΛΕΜΟΙ: ΑΠΕΘΑΝΟΝ: ΕΝ: ΚΥΠΡΟΙ: ΕΝ: ΑΙ-
ΓΥΠΤΟΙ: ΕΝ: ΦΟΙΝΙΚΕΙ: ΕΝ: ΑΛΙΕΥΣΙΝ: ΕΝ: ΑΙΓΙΝΕΙ: ΜΕΓΑΡΟΣ
ΕΝ: ΤΟ: ΑΥΤΟ: ΕΝΙΑΥΤΟ

*Ex Erectheide*, tribu, *hi in bello periere in Cypro*, *in Ægypto*,

(1) *Lib. de Siglis*.

*pto*, *in Phœnicia*, *in Halienſibus*, *in Ægina*: *Megarus eodem anno hunc titulum poſuit*; aut ſi mavis legere cum Cl. Corſino in Proleg. pag. 18. ΜΕΓΑΡΟΙΣΤΕ, & in Megaris.

Pro Ξ ſemper ſcribitur ΧΣ, ΕΙ aliquando ponitur pro .η. Punctis tribus, uti vides, verba diſtinguuntur, cum ceteroquin antiquæ Inſcriptiones Græcæ uno ductu, ac tenore, velut unico conſtarent verbo, exarentur. In priori inſuper tabula Ρ, & Σ hujuſmodi ſunt formæ R, Ϟ. ϕ quoque pro Φ. Cæterum hac etiam figura Σ conſpicitur Sigma. Pluries in eodem lapide Ν ſic habetur, tamen in nominibus nonnullis ſic etiam apparet Ν, quemadmodum cernere licet in monumentis Etruſcis.

Quamvis autem in eo eximio monumento ſola Athenienſium Civium nomina ſcripta fuerint, qui uno, eodemque anno variis in locis in bello interierunt, ideoque nullus ferme locus notis, ſiglisve ibi eſſe poterat; aliquæ nihilominus in eodem reperiuntur. In prima ſiquidem Tabula, ſi conjectura P. Corſini ſubſiſtat, ΜΕΓΑΡΟΣ, ſeu ΜΕΓΑΡΟ, pro ΜΕΓΑΡΟΙΣΤΕ ponitur. Verum in altera hæ notæ certiſſime leguntur ΦΟΚΙΟΝ ΤΡΙΕΛΥΚΕΑΣ ΤΡΙΕ, & ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ ΦΥΛΑΡΧ: ubi integræ voces ΤΡΙΕΡΑΡΧΟΣ, & ΦΥΛΑΡΧΟΣ Triremium Præfectus, Tribunus omnino debent intelligi.

In Marmore vero Sandvicenſi, ita nominato, quod ſtudio Sandvicenſis Comitis in Angliam translatum fuerit, longe plures Notæ numerales præſertim reperiuntur. Athenis illud Olymp. CI. poſitum fuit, atque a Cl. primum Tayloro, poſtremo a Cl. P. Corſino egregie illuſtratum Diſſert. VI. pag. 97. In ipſo ejuſdem marmoris titulo hæ ſiglæ conſpiciuntur Ε. Θ. Ε'θελόντων, nimirum Θεῶν, *volentibus Diis*; vel, uti cenſet idem P. Corſinus, Ε'πιχωρίοις Θεοῖς: vel tandem

Ε'ισ-

Εἰσπραχθέντων Θέσις. *Indigenis Diis*: *Propitiis Diis*: *Exactorum ratio*. Sæpe in eodem legitur nota iſthæc T. pro Τάλαντον poſita.

## *Notæ numerales.*

Quod vero ad notas numerales ſpectat, inibi I. *unum*, Π. *quinque*, Δ. *decem*, 𐅄. *quinquaginta*, H. *centum*, 𐅅. *quingenta*, X. *mille*, 𐅆. *quinque millia*, & M. *decem millia* ſignificat, numeralium notarum valoris hujus ab initiali vocis illius littera ducta fortaſſe ſignificatione, qua numerus ipſe a Græcis exprimitur. Itaque quum Græci, vel ab ipſis Homeri temporibus ἴα pro μία, *una*, & *quinque* πέντε, *decem* vero δέκα dicerent, initialem litteram I pro ἴα *una*; Π pro πέντε *quinque*, Δ pro Δέκα *decem* uſurpabant.. Jam vero quum centenarius numerus, ſive *centum* ab eiſdem Ἑκατὸν cum aſpero ſpiritu, qui olim ſic H exprimebatur, dictum fuerit; ideo pro eo numero hanc ponebant figuram H: Sic etiam X. pro Χίλια *mille*, M pro Μύρια *decem millia*. Ut autem numerandi ratio brevior eſſet, atque concinnior pro quinque Δ compoſitus character iſte 𐅄, pro quinque H 𐅅, pro quinque X 𐅆 ponebatur; ita ut exterior character indicaret alium ſibi inſertum quinquies multiplicandum. At hæc ad aliquam tantummodo conjecturam faciendam pertinent. Verum maxima difficultas eſt in explicandis notis hiſce ⊢⊢⊢//C, quæ in eodem conſpiciuntur lapide; de quibus cum Cl. Corſino clam nos eſſe minutiorem illum ſupputandi modum ab Atticis forte uſurpatum, vel errorem inibi irrepſiſſe dicendum eſt. Unde ſic reſcribendum cum Cl. Corſino ⊢⊢⊢IIC, ita ut prior character drachmam, alter obolum, ultimus vero ſemiſſem repræſentet, quemadmodum Doctiſſimus Gorius in va-

riis

riis Etruſcorum nummis litteram hanc C. pro *ſemiſſis* nota accepit; unde eo loci ſignificari dices, drachmas tres, obolos duos, cum ſemiſſe oboli.

In præclaro Sigæorum Pſephiſmate, quod in Antiochi Soteris gratiam III. Olymp. CXXIII. anno promulgatum fuit, unicam ſolum contractionem verſu IV. legere licet:

ΕΞΗΤΗΣΕ ΤΑΣ ΠΟΛΕΙΣ
ΤΑΣ ΚΑ ΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΔΑ.

*Quæſivit Civitates, quæ ſunt apud Seleuciam*; ubi, uti vides, poſitum eſt ΚΑ pro ΚΑΤΑ; quamvis Cl. Chiſullus, qui *in Antiquitatibus Aſiaticis* pag. 49. illud exhibet, errorem certe marmorarii inibi eſſe putaverit. At ea ſigla in aliis antiquiſſimis apparet lapidibus: in columnis vero Herodis Attici (1), qui litteris Jonicis eas incidendas, & in Villa ſua Triopia tertio ab Urbe lapide ponendas curavit Sæc. II. poſt Chriſtum natum, integra eadem præpoſitio hac nota + exprimitur +⊗ΟΝΙΟΝ, nimirum Καταχθονίων.

## *In Tabulis Siculis tum litterales, tum numerales notæ frequentiores habentur.*

Longe tamen plures, & novitate inſignes cum litterales, tum numerales legimus notas in Tabulis Siculis apud Gualtherum pag. 28. Cujus monimenti etſi tempus definire non poſſumus, illud nihilominus Chriſtianam Epocham antevertere certum eſt. Primum enim advertes ſcribi in illis ΠΟ loco Ποδῶν, Α pro Ἀπὸ, Ε pro ΕΣ, ΤΕ vero pro ΤΕΡΜΩΝ, vel ΤΕΡΜΟΝΑ ſignificet, viceſies invenies. Agitur ibi de

C Sicu-

(1) *Nunc Farneſiana dicuntur, quod Romæ in Hortis Farneſianis exiſtunt.*

Sicula Agrorum Terminatione. Sextum numerum hæc nova figura Ɛ, ſeptimum hæc alia I., niſi Quadratarii hic error ſit, repræſentat. Inſuper ex iiſdem Tabulis æreis planum fit, Alæſinos, quibus illæ tribuendæ ſunt, literam Z minime uſurpaſſe. Scribitur enim in illis OPITONTA pro OPIZONTA, OPITONTOΣ pro OPIZONTOΣ.

## *Sandvicenſe marmor numeralium notarum ſpecimen eſt.*

SEd quoniam in numeralium notarum ſermonem iterum incidimus, iis, quæ a nobis ſupra dicta ſunt, hæc addere non pigebit. Ac primo quidem nullum eſt, erudite Lector, Græcorum Monumentum (ſi Sandvicenſe marmor excipias,) in quo ante Olymp. C. numerales notæ reperiantur. Quare Sandvicenſe marmor numeralium notarum ſpecimen eſſe videatur. Alterum ab illo eſt Oxonienſe Chronicon, in quo iiſdem notis numeralibus, quas in Sandvicenſi vidimus, rerum geſtarum tempora, nobilioreſque Græcorum Epochæ recenſentur. Fatendum tamen eſt, in Mileſio Selemi Callinici monumento Olymp. CXXXIII. poſito, & in Heracleenſi lamina, ubi terræ ſpatia, dimenſioneſque declarantur, numeros δι' ὅλων γραμμάτων, integris nimirum, expreſſiſque vocibus indicari.

## *Ratio numerandi cum Epiſemis longe recentior eſt, & rarior in Marmoribus.*

ALia vero numerandi ratio, qua XXIV. Alphabeti litteræ tres veluti in Claſſes diſtribuuntur; ut priores quidem octo litteræ *unitatibus*, poſt E hac ϛ ἐπίσημον βαῦ pro

pro ſexto numero inſerta ; octo alteræ *decadibus* ἐπίσημον κόππα , ſeu ἀντιῤῥῶ , quod ſic pingitur ϛ , ϙ , poſito pro Π pro nonagenario numero ; octo poſtremæ *centenariis numeris* exprimendis inſcriberent , charactere hoc ϡ, ſive λ ἐπίσημον Σανπῖ pro nongentis adjecto . Hæc inquam , numerandi methodus longe eâ , quæ in Sandvicenſi marmore reperitur , recentior eſt . Etenim ex marmoribus , quæ aliquod *Epiſema* ſcriptum habeant , nullum fortaſſe antiquius invenitur Sponiano marmore , quod anno Chr. 75. Cæſari Veſpaſiano poſitum fuit , in quo *Epiſemon bau* ς bis exaratur. At *Epiſemon Coppa* habet quidem Cretenſe , & fortaſſe Neapolitanum nuper effoſſum marmor, in reliquis vero vix reperire licet . Denique *Epiſemon Sanpi* neque in nummis, neque in lapidibus , ſed in ſolis Codicibus uſurpatur . Verum illum Græcorum morem per Alphabeti litteras numerandi, omnibus forte excluſis *Epiſemis*, jam ab Olympiade XLVIII. occœpiſſe colligitur ex Plutarcho. Ille quippe in charactere E, ſive ut antiquitus efferebatur EI , quod *Delphici Templi foribus inſcriptum erat*, agens, inquit: Characterem illum veluti quinarii numeri notam ibi a quinque Græciæ ſapientibus fuiſſe ſculptum: Τῶν γραμμάτων , ὃ τῇτε τάξει πέμπτον ἐςί , καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τὰ πέντε δηλοῖ: eam litteram , *quæ & in ordine quinta*, *& quinque numerorum deſignat*, ut oſtenderet quinque ſolum fuiſſe Græciæ ſapientes , atque ex ſapientum numero Periandrum Corinthi, & Cleobulum Lindi Tyrannos expungendos eſſe.

## *Ariſtophanis ætate modus numerandi, & ſine Epiſemis, & diverſus a relatis cenſetur.*

Attamen, ne te quidquam hac ſuper re lateat, erudite Lector, illud minime prætereundum arbitror, quod quamvis ab Athenienſibus, vel priſcis Ariſtophanis temporibus haud fuerint notæ hæ ς ϟ λ ignoratæ; quum idem auctor anno IV. Olymp. XCVII., quo Plutum edidit, ſcripſerit: Ἀλλ' ὀυ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι, *ſed annon ſortibus ductis per litteras potaſti?* Atque ad ejus verba Scholiaſtes adverterit, decem ibi Judices, ipſorumque locum decimum decem litteris ab A. uſque ad K, inſerto fortaſſe ς deſignari: Prætereaque Equos Σαμφόρας *in Equitibus* Olympid. LXXXVIII., & Κοππατίας *in Nubibus* Olymp. LXXXIX. non alia quidem de cauſa appellaverit, quod characterem λ hunc origine Phœnicium, & a Græcis ex inverſo ſigmate, quod Doricè *San* dicitur ex *Pi* compoſitum putabatur, atque Phœnicium Κόππα *Coppa*, quod Κοφῆ, ſeu ἀντιῤῥῶ ϟ, *q* inſculptum teſte Atheneo (1) gererent. Nihilominus, ſi ad veritatem loquamur, memoratas notas pro numeris exprimendis Atticos numquam uſurpaſſe dicendum eſt. Cujus rei potiſſima ratio hæc eſt: quod a primis Ariſtophanis temporibus nondum apud Græcos ipſos, & Athenienſes integra XXIV. litterarum ſeries, ſed XVI. tantum Cadmeæ litteræ in uſu verſabantur: quibus poſtea, variis tamen temporibus, reliquæ ſunt additæ: Anno proinde IV. Olymp. tantummodo XCIV. vigintiquatuor Alphabeti litteris uti cœperunt Græci,

(1) *Lib. XI. cap. V.*

Digitized by Google

ci, ut in Chronico Euſebius auctor eſt. Quocirca XXIV. numeralibus Notis, quod totidem Alphabeti litteris deſignantur, uti non poterant: ideoque numerandi rationem, quæ Ariſtophanis tempeſtate a Græcis adhibebatur, valde diverſam arbitror ab ea, quam paulo ante retuli: Scholiaſtes vero in eo Ariſtophanis loco litteram K., ut *decimam* memoravit. Quod planum fit ex alio ejuſdem Auctoris dramate Olymp. XCVII. edito, nimirum ex *Eccleſiazuſis*, ſive Concionantibus; in quo quædam mulier præconis voce ſingulos ſecundum litteras ſorte ductas variis in locis diſcumbere, & cœnare jubet, clariſſimeque litterarum B, Θ, & K ibi mentionem facit. Quemadmodum igitur in eo numero littera K. a Comico includitur, ſic etiam eo loci, ubi decem Judicum ſedes, uti vult Scholiaſtes, indicantur numeratione cœpta ab A uſque ad K, littera hæc decima eſt ſine ulla τοῦ ἐπισήμου βαῦ interpoſitione. Poſtea vero illa ſuperior numerandi ratio fuit apud Græcos ubique recepta, ita, ut in lapidibus quamplurimis obſervetur. In Adiclitano Ptolemæi Evergetis monimento, in quo annus XXVII. ipſius Imperii numeratur, qui in annum I. Olymp. CXL. inciderat, uti Cl. Chiſullus advertit, clariſſime legitur

ETEI ΤΗΣ ΗΜΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ
KZ.

*Anno mei Regni XXVII.*

In Cyriaci marmore pag. 13. num. 96. habetur ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΙΓ. *Magiſtratus XIII.*, qui erat quinquaginta Virorum; In Sponiano marmore *Pop. Attic.* pag. 77. legitur ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ. A. *Poſideone I.* Quum autem iſtæ numerales Græcorum notæ plures exarandæ forent, plerumque ita ponebantur, ut minores majoribus præponerentur, uti cernere licet

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

licet in Palmyreo marmore, cui hæ notæ inſunt, ſic poſitæ ΕΤΟΥΣ ΔΝΦ, videlicet *anno* 554. Aliquando alternæ collocantur, ut apud Gruterum pag. 328. num. 1. ΕΙΣ ΤΟ ΚC, & HKL, in XXVI. & XXVIII. *annum*. Dein ΕΙΣ ΤΟ KZL, ΘKL, in XXVII, & XXIX. *annum*. Hanc etiam novam numeralium notarum ſeriem in Gualtherio Tab. Sicul. pag. 15. num. 107. ſcriptam reperies ΤΑΙ ΠΟΔΩΝ, tercentorum undecim pedum. Uti omnia de more docte copioſeque explicat Cl. Corſinus in ſuis Prolegomenis pag. XXX.

## *Ratio per ſimplices Alphabeti litteras numerandi quando occœpit?*

SEd veniendum tandem eſt, Lector erudite, ad eam numerandi pleniſſimam Methodum, in qua unaquæque Græci Alphabeti littera ſuo ordine poſita pro numero accipitur; ita ut ex XXIV. dicti Alphabeti litteris eum numerum, vel locum repræſentet, quem in ejuſdem ſerie occupat. Sic A, 1. B, 2. Γ, 3. &c. Ω, 24. Eam autem vel Ariſtarchi tempeſtate, qui Olymp. CL. circiter floruit, jam in Græcorum more fuiſſe poſitam eruitur ex eo, quod idem Ariſtarchus Homeri Iliadem, atque Odyſſeam in XXIV. libros ſingulatim diremiſſe perhibetur, quorum quilibet ab una Alphabeti littera nomen, ac numerum ſortiretur, ut liber A ex. gr. *primus*, liber B *ſecundus*, liber Ω *vigeſimus quartus* diceretur.

Verum Theophraſti opus, qui Olymp. CX. florebat circiter, niſi ab aliquo recentiore ea diviſio facta fuerit, eam numerandi rationem per Alphabeti litteras antiquiorem habuiſſe ætatem oſtendit. Etenim inter alia illius opera, quæ a Cl. Meurſio recenſentur, id numero LX. occurrit. Νόμων

κατὰ

*κατὰ ϛοιχείων κδ.* , *legum ſecundum elementa* libri XXIV. Illud tamen veriſimilius nobis eſt, quod quum Athenienſes, ut primum Olymp. XCIV. vigintiquatuor litteras in Alphabeto receperint, eaſdem continuo litteras numeralium inſtar notarum uſurpare occœperunt: quemadmodum, ut indicavimus ſuperius, antiquioribus etiam temporibus Alphabeti litteris, ſed alia tamen ratione, quam ſupra innuimus, pro notis numeralibus uti conſueverant. Ejuſmodi autem characterum valor etſi ab Olymp. C. adhiberi cœperit, in Græcis tamen lapidibus multo tardius illorum poteſtas invecta fuit; marmora ſiquidem, in quibus v. g. N. XIII., Y. XX., Φ. XXI., Ω. XXIV. ſignificat, ad tempora poſteriora revocari debent.

## *Sigla nonnulla novæ admodum figuræ referuntur.*

Reperiuntur etiam in marmoribus notæ quædam numerales novæ admodum figuræ, valoris incerti, & a pauciſſimis uſurpatæ. Rei hujus exemplum marmor ſit Corcyrenſe, quod Veronæ poſitum a Cl. Maffejo diligentiſſime exponitur lib. de Siglis pag. 101. In eo ſiquidem nota hæc ↑, quæ in Etruſcis etiam Volaterrarum Urnis, veluti numeralis Etruſcorum nota conſpicitur, millenarium numerum, ut putat ille, ſignificat: Character iſte ▷ denarii numeri nota eidem videtur. Nota hæc H pro centenario numero, ut in aliis marmoribus ſæpe uſurpatur. De his, plura ſi ſcire velis, conſule eumdem Cl. Maffejum loco citato, & Eruditiſſimum P. Corſinum in Prolegomenis pag. 33.

Ex

Digitized by Google

## *Ex cognitione Siglorum quæ utilitas?*

EX Siglorum autem, notarumque intelligentia, ex quodam veluti limpidiſſimo fonte ea profluit utilitas, ut obſcuritatibus ſuperatis in legendis veterum monumentis, eorum ænigmata dixerim, feliciter diſſolvamus: erroreſque, in quos, qui eo præſidio ſunt deſtituti rapiuntur, facillime declinemus. Hinc factum eſt, ut doctiſſimi aliquando Viri in ſcriptis Lapidibus interpretandis non ſemel erraverint. Plura hac ſuper re proferre poſſemus exempla; unum & alterum hic ſufficiat. Notam hanc ⳩, quæ ſæpenumero in marmoribus apparet; ipſe magnus Scaliger in Indice Gruteriano Πρὸς ſignificare putavit: additque Cl. Fabrettus pag. 587. Compendium illud ⳩ loco adverbii πρὸς ſignificando tempori adhibitum fuiſſe. Attamen, ut ex pluribus Inſcriptionibus fit planum, ubique compendium illud non Πρὸς *ad*, ſed πρὸ *ante* reddere debemus. Item Scaliger ipſe characterem L, qui in nummis frequenter, & in marmoribus aliquando conſpicitur pro Λοῦςρον *Luſtrum* accepit in *Emend. temp.* lib. IV. pag. 482. Verum Cl. Noriſius Diſſert. IV. *de Epoch. Syro-Maced.* Λυκάβαντα annum ſignificare demonſtravit. Ita Cl. P. Lupi Inſcriptionem hanc pag. 64. Diſſert. Epitaph. Sev. Mart.

(*ſic*)

ΚVΡΙΔΚΗ ΤΗ ΓΛVΤΑΤΗ ΚΔΤΔΘЄCЄΙC ЄΝ ΠΔΚЄ ☧
ЄΖΗCЄΝ ЄΤΗ ΛЄ Ȣ ΠΡΟ Ш1 ΔC ЄΙΔΩΝ ШΔΡΤЄΙΩΝ

Sic reddidit: *Cyriacæ*, vel *Cyriaceti dulciſſimæ. Depoſitio in pace Chriſti Dei. Vixit annos XXXV. mortua pridie (ante unam) Idus Mart.* Quum reddi debeat omnino, *Cyriacæ dulciſſimæ depoſitio in pace Chriſti Domini.* Siquidem in aliis Inſcri-

ſcriptionibus illud Δ, quod hic Δεσπότου ſonat, characteri huic ☧, qui certe Χριςὸς explicandus eſt, adjectum cernitur; legeſis eumdem P. Lupi, qui pag. 102. hunc profert lapidem.

EN ΕΙΡΗΝΗ ΚΟΙ
ΜΗϹΕΙϹ ΜΟ ☧
ΔΕϹΤΟΥ Δ

*In pace dormitio Modeſti*
*Chriſtus Dominus*, vel *Chriſti Domini*.

Poſtremo non ſolum in notis explicandis felicitas Scriptorum aliquando deſideratur, non ſolum in eis ita recte diſtinguendis, ut ea revera nota ſit, vel ſigla quæ ab ipſis ut talis accipitur; ſed etiam in ipſis accurate legendis Inſcriptionibus, earumque vitiis, erroribuſve dignoſcendis diligentia aliquando deſideratur. Rem exemplo explanare oportet. In Gruteriani marmoris fine pag. 314. n. 2. epigraphem hanc legimus ΤΗ ΠΡ. Α ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ. Η. ΕϹΤΙΝ ΚΑΤΑ ΑΛΕΞΑΝΔΗΙϹ ΠΑΧΩΝΙΑ. Quæ Latinus Interpres ita expoſuit: *Pridie Nonarum Maii*, *quæ eſt ſecundum Alexandrinos Pachonia*; quum tamen voces, notæque ita ſecerni debeant: ΠΑΧΩΝ. ΙΑ., latineque reddendum ſit *Pachon*, qui apud Ægyptios eſt Menſis Majus. Itaque *undecima die* ejuſdem menſis.

Apud Cl. Boldetti pag. 370. de Cœmeteriis hæc habetur Inſcriptio:

ΜΑΡΙΤΙΜΑ ΣΕΜΝΗ ΓΛΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟΣ ΟΥ ΚΑΤΕ ΑΕΤΨΑΣ
ΕΣΧΕΣ ΓΑΡ ΜΕΤΑ ΣΟΥ ΠΑΝΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΤΑΠΑΝΤΑ
ΕΥΣΕΒΕΙΑ ΓΑΡ ΣΗ ΠΑΝΤΟΤΕ ΣΕΠΡΟΑΤΕΙ

Quam ille latine reddidit: *Maritima Venerabilis lumen tuum extinxiſti*, *habebas enim tecum prorſus omnem immortalitatem*;

D

*tem*; *Pietas enim tua ſemper te prodit*. Verum vox ultima primæ lineæ ita corrigenda eſt, ΚΑΤΕΛΕΙΨΑΣ; & noviſſima tertiæ in hunc modum ΠΡΟΑΓЄΙ; unde expoſuerim: *Maritima Venerabilis dulce lumen tuum reliquiſti*, *habebas enim tecum qui omnino immortalis eſt*: *tua namque pietas ſemper te præcedit*. Pag. vero 404. idem Cl. Scriptor hanc aliam profert, & ita explicat:

ΑΣΙΑΙΑ ΓΥΝΑΙΚΙ ΑΣΚΑΛΗΠΙ
Ο ΛΟΤΟΣ ΑΝΗΡ ЄΠΟΙΗΣЄΝ
*Aſiæ mulieri Aſcalepi*
*Lotus vir fecit*.

At in latinum ſic vertenda eſt:

*Aſiæ mulieri Aſcalepius*
*Lotus vir fecit*.

Hæc tamen, aliaque hujuſmodi errata omnibus condonanda ſunt, longa potiſſimum ſi perſcripſerit opera; etenim ut ſcite cecinit Cl. Poeta Horatius *de Arte Poet.*

. . . . . *quandoque bonus dormitat Homerus*;
*Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum*.

Poſtremo autem & illud te, erudite Lector, exiſtimo admonendum, quod quum ego de celebri Ciceronis Tuſculano (quod apud Cryptam Ferratam extitiſſe autumo) pluribus contra erudititiſſimum P. Joannem Lucam Zuzzeri Soc. Jeſu egiſſem; non id in eam partem accipi vellem, quod ea ſuper re certiſſima mihi undique argumenta ſuppeterent: (in tanta enim veterum rerum obſcuritate aliquando vix probabilia inveniri poſſunt,) verum ut rationes, quas Noſtri pro ea provincia attulerunt, adhuc eſſe firmas, minimeque avulſas demonſtrarem. Sed jam ad Placentinii Opus, Deo bene favente, accedamus.

IN

Digitized by Google

# IN GRÆCORUM SIGLA

## A T Q U E

## I N S C R I P T I O N E S

## *Animadverſio.*

### A

A In Græcis lapidibus plures præſefert ſignificationes. Aliquando enim idem eſt ac εἷς , μία , ἕν , *unus* , *una* , *unum* .

ΠΙCΤΟC ΕΚΠΙC
ΤωΝ ΖωCΙΜΟC
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΕ (*ſic*)
ΖΗCΑC ΕΤΕCΙΝ
Β. ΜΗ. Α. ΗΜΕ ΚΕ

*Fidelis ex Fidelibus ortus* , *Zoſimus hìc jaceo* , *quum vixerim annos duos* , *menſem unum* , *dies viginti quinque* .

Hujus malè ſcripti lapidis , *anchora* , quæ Fidei firmitatem , & *Piſce* , qui Baptizatorum ſtatum repræſentat ; impreſſi , nobis copiam fecit doctiſſimus Abbas Philippus Lau-



Digitized by Google

rentius Dionyſi *Sacroſanctæ Vatic. Baſil. Benefic.* dixitque in Collegii Romani Muſeo S. J. ſervari. Boldettus de *Cœmeteriis* pag. 363.

KACIA
CNI PHNH
ΠΡΟ. A.- TЄI

Et hæc praviſſimè, uti vides, exarata inſcriptio. *Caſſia in pace uno die ante*, ſive *pridie idus* . . . . *mortua eſt*. Illud enim T. extra ordinem forte poſitum τελεύτησε, vel ἐτελεύτησε ſonat. Non rarò in marmoribus ſuppreſſo nomine Menſis, ejuſdem tantummodo dies indicatur. Videſis Cl. Muratorium pag. 1454. n. 2., & pag. 1531. n. 2.

A. quandoque idem ſonat ac πρῶτος, *primus*. Ita apud Sponium *pop. Atticæ* p. 77. Quod ſi eidem litteræ addatur articulus τὸ ſignificat τὸ πρῶτον, *primò*.

Ā deinde pro Ἅπαξ, *ſemel*, poſitum fuit in teſſeris præſertim gladiatoriis. Sponius idem in Miſcell. Sect. X. n.78. pag. 347.

ΘΡΑΙΞ
ΣΚΕΥΑΣ
ΕΥΚΑΡΠΟΣ
AMIA. NI. ĀΣĀ
T

Illi ſiquidem characteres ultimi ſignificant ἅπαξ νικήσας, ἅπαξ στεφανωθεὶς. *Semel victoriam adeptus*, *ſemel coronatus*.

A. Κίλια, *mille*. In marmore Oxonienſi n. 136. p. 272. quare Prideauxius Sigla hæc * A. optimè reddidit *Denarios mille*,

*mille*, ac ſi A pro minuſculo charactere hoc α, ſive ά fuiſſet expreſſum.

A. Vices præpoſitionis Ἀπὸ gerere videtur apud Gruterum p. 210. lin. 3.

A ΤΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ

*A Fluvio*.

A. Ἀυςήλιον. Cl. Muratorius p. 1027. n. 4. Marmor refert, ubi Marci *Aurelii* Rufi mentio fit.

A. Sepulcrorum ordinem aliquando ſignificat in marmoribus, aliquando vocem hanc *Amen*, quæ in extremâ Chriſtianorum Lapidum parte non rarò conſpicitur. At in Boldetti inſcriptione pag. 420. a Cl. Corſino pag. 2. relata Ἀπέθανεν ſonare videtur. Legeſis ipſam Inſcrip. in lit. N.

AΓ. Ἁγίων, *Sanctorum*. Vide in NA.

ABE. In Marmore, quod a Cl. Jo: Marangonio exhibetur in lib. *de rebus Ethnicis* pag. 459. forte non Sigla ſunt, ſed pro *Ave*, ſive *Have* characteres illi ſunt poſiti.

ΦΛ. CABEINOC. KAI
TITIANI. ΑΔΕΛΦΟΙ
AYR. ΑΓΑΘΙ—ΝΕΡΤΕ
ABE

*Flavius Sabinus*, & *Titianus Fratres Aureliæ Agathinæ ſub Terra jacenti*, ſeu *mortuæ Ave* dicunt.

De Formula hac doctiſſimus Mabillonius in *Epiſt. Euſeb. de Cultu SS. ign.* hæc habet: *Sanè hæc affectuum vocabula* Ave, ſeu Ave, & Vale *vix crediderim reperiri in alii, quàm Ethnicorum Epitaphiis &c.* pag. 574.

A. B. K. Λ. Ϛ. Fabrettus pag. 756. n. 624.

Δ. M.

Δ. M.
ΣΠΙΡΙΤΒ
ΦΛΑΒΙΑΙ ΣΑΒΙΝΑΙ
ΑΠ ΦΙΛΙΑΙ ΚΟΜΕΝΔΑΤΟ
ΚΙΝΕΡΕΣ
ΑΡΚΑ ΚΟΝΟ
Α. Β. Κ. Λ. δ.

*Spiritui Benemerenti. Flaviæ Sabinæ*, ſive, ut Matthæus in ſuo Tuſculo pag.80. legit, *Albinæ*, *Appii Filiæ commendati ſunt cineres*, *Arca condidit*.

*Appius Benemerenti Cariſſimæ Locum dedit*.

Ita Inſcriptionis hujus ultimas litteras probabilitate magna Corſinus pag. 3. interpretatur. Ego verò eas legere mallem *Annos Bixit* pro vixit X., XI. *Dies*. K. ſiquidem juxta Græcarum litterarum ſeriem decem, Λ. verò undecim repræſentat. Qui numerandi mos non ſemel in aliis quoque lapidibus adhibetur. Inſcript. Latina eſt Græcis exarata litteris, atque ad Monaſterium PP. Carmelitarum ſupra Montem Porcium, ſitum reperta.

ΑΓ. Α'γία, *Sancta* apud Muratorium pag. 1895. n. 2. At in Anaglypho Fabrettiano de Columna Trajana pag. 147., & 315. Α'γὼν, *Certamen*.

ΑΓΑΘΝ. Αγαθίνῃ, *Agatinæ*. Vide ABE.

ΑΓΑΘΟΚΛΙ. Αγαθοκλῆς, *Agathocles*. Lege inſcriptionem datam in Verbo αφροδῆς.

ΑΓΑΤ. Α'γαθὰν, *ſecundam fortunam*. Cyriacus p. 31. n. 209.

ΑΓΓΕ. Α'γγελεῦς. Ex *Angele* Atticæ Populo. Sponius Itiner. pag. 48.

ΑΓΙΩ. Α'γιωτάτου, *Sanctiſſimi*. Montfauconius Palæog. p.174.

ΑΓΝ.

ΑΓΝ. Α'γνούσιος. Ex *Agnunte* Atticæ Populo. Sponius Itiner. pag. 54.

ΑΓΟΡΑΝ͂ Α'γορανόμȣ. Eſt in veteri Spartano marmore varia *Publii Aelii Alcandritæ* munera, ac Magiſtratus referente. Equidem Agoranomi dicebantur ii, qui foro, rebuſque venalibus præerant, quos olim Spartæ Heſychio teſte *Empeloros* vocabant.

ΑΔΕΛΦ. Facillimè interpretaberis Α'δελφόν. *Fratrem*: Habet marmor L. Septimio Severo Pertinaci poſitum. Vide Fabrettum p. 685. n. 87.

Æ. In marmore Smyrnenſi, quod a Cl. Poleno exponitur Tom. V. p. 361. reperitur.

ΑΡΓΥΡΙΟΥ. Χ.Æ

Sive *denaria ſex*, ſive *mille & ſex* cum Gutberletho explicaveris, non perperam explicaveris. Etenim X modo *denaria*, modo *mille* ſignificat. Hæc vero nota Æ ex duabus litteris A, & E compoſita; quarum prima I, altera vero S valet: unde ſextus ſurget numerus. Verum nota illa ſic forte Æ ſcribi debuerat, & in aliis conſpicitur marmoribus; tumque πεντάκις χίλια *quinque millia denariorum* legi deberet.

ΑΖΗΝΙ. Αζηνίας, ex *Azenia* Atticæ Pop. Reineſius Claſ. XIV. n. 15. p. 726.

ΑΘΗΝ. ΑΘΗΝΑΙ. Utraque Αθηναίου. *Athenienſis*. Sponius pop. Atticæ p. 156. & p. 201. Ille autem habebatur Athenienſis, qui Solonis lege primum, ex Attico Cive, quamvis Matre Peregrina natus eſſet: Deinde Periclis, qui ex utraque parte Atticam originem duceret. Quocirca ut nulla eſſet de hujuſmodi re dubitatio, ſtatim ac Filius XV ætatis an-

num

Digitized by Google

num attigiſſet, deducebatur a Genitoribus, cognatiſque ad uniuſcujuſque gentis Curatores, ut in ipſorum tabulis inſcriberetur: tumque jurabant Patres, illum & a ſe genitum, & a Matre Cive.

AI. In Ærea Lamina apud Muratorium pag. 582. quæ quidem Romæ inter Cl. Ficoronii *Cimelia*, antequam Londinum transferretur, extabat: quæque & alia Sigla hæc præſefert. ΓΕ. ΠΕ. AI. KN. ME. de quibus Cl. Maffejus, qui Laminam Londini exſcripſerat in *lib. Sig.* p. 78. hæc ſcribit. *Quid hæc verba ibi poſita ſibi velint, & quid præpoſitæ litteræ, divinari nequit: eo quod peculiaria ſint, & ἐπιχώρια ſymbola. Fortè unicuique ex quo Vico eſſet, præmittebatur; & Vicorum ea ſunt nomina ..... Quod ſi quis eorum, qui ad Heracleenſem Senatum renunciant, patriam per eas litteras innui vellet, in iis regionibus* ΓΕνουσίνοι, ΠΕτηλλ, ΑΙγαίης *portus*, Μέδμη *a Scriptoribus memoratur*. Quumque ΓΝωσσὸς nimis e longinquo, proſequitur P. Corſinus, arceſſita videatur, proximius Oppidum aliud nobis incognitum hîc intelligi poſſe arbitratur. At idem P. Corſinus Siglis illis non Urbes, non Regiones, aut Populos, ſed ſolas Lacedemoniorum Tribus indicatas eſſe cenſuit pag. 4. Illud mihi penè certum eſt, Ephororum, qui apud Lacedemones annuus erat Magiſtratus e Plebeja gente creatus, nomina Tribuum, aut Oppidorum, unde orti erant; atque cujuſque Tribus, ſive Oppidi inſigne in ea Lamina recenſeri. Equidem quinque Ephori, quibus maxima auctoritas conceſſa fuit a Laconibus, eligebantur, & quinque tantummodo ſunt in lamina notati. En tibi Inſcriptionem ipſam Dorica dialecto ſcriptam; quam in Latinum vertimus, emendamuſque.

ΕΦΟ-

ΕΦΟΡΟΣ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΑ
ΜΗΣ ΑΠΕΛΛΑΙΟΣ. ΑΠΟΛΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙ ΟΡΙΣΤΑΙ
ΓΕ. ΤΡΙΠΟΥΣ. ΦΙΛΩΝΥΜΟΣ ΖΩΠΥΡΙΣΚΩ.
ΠΕ. ΚΑΡΥΚΕΙΟΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΗΡΑΚΛΗΤΩ.
ΑΙ. ΠΕΛΤΑΙ ΔΑΖΙΜΟΣ ΠΥΡΡΩ.
ΚΝ. ΘΡΙΝΑΞ. ΦΙΛΩΤΑΣ ΙΣΤΙΕΙΩ.
ΜΕ. ΕΠΙΣΤΥΛΙΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΖΩΠΥΡΩ.
ΔΙΟΝΥΣΩ.
ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ ΤΟΙ ΟΡΕΖΤΑΙ ΤΟΙ ΑΙΡΕΘΕΝΤΕΣ

Magiſtratus Optimatum Heraclidarum
Comitia, Civitas, & Arbitri

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ex Gerenia | Quibus Inſi-gne eſt | Tripus. Philonymus | Filius | Zopyriſci |
| Pellana | | Juglans. Apollonius | | Heracleti |
| Ægidis | | Scutum. Dazimus | | Pyrri |
| Cynoſura | | Tridens. Philotas | | Iſtiei |
| Meſſoa | | Epiſtilion. Heraclides | | Zopyri Dionyſii. |

Inſcripſerunt Arbitri electi

Memorantur in Lamina Heracleenſes, utpote a Laconibus oriundi. Lacones enim Heracleam condiderunt; eorumque Colonia Heracleenſes fuere.

ΑΙ. Α'ιλιος, *Ælius*. Sponius pop. Atticæ p.161. ΠΑΙ. nimirum Πουβλιος Α'ιλιος, *Publius Ælius*.

A. I. pro Α'εὶ *ſemper* ſcriptum videtur in lapide, quem Boldettus p.416. profert.

ΠΤΟΛΜΑΙϹ. Α. Ι. ΜΝΗΓΑ
ΙϵΝ ΘϵΩ
ΠΑΡΘϵΝΟϹ. ϵΤΩΝ ΙΕ
ΜΗΤΗΡ ΤΥ ΧΑΡΙΝ
ΑΝϵΘϵΙΚΑ



Digitized by Google

Atque ita explicat. *Ptolmais, quæ hymnos Deo perſonabat: Virgo annorum quindecim. Mater ejus gratia feci.* Cl. Murat. p. 1930. n. 2. idem referens marmor, Boldetti expoſitioni ferè conſonat. At eruditus P. Corſinus p. 5. ita lapidem legendum putat. ΑΝΑΜΝΗΣΙΣ ΕΝ ΘΕΩ. *Ptolmaidis memoria in Deo*. Sive, ut addit. ΑΕΙΜΝΗΣΤΗ, ſive ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΣ. *Ptolmais ſemper* memoranda. Ego ab interpretationibus hiſce libenter diſceſſerim, eamque inſcriptionem ita legerim, atque reddiderim. Πτολμαΐς ἀεὶ μνηστὴ ἦν Θεῷ παρθένος ἐτῶν ιέ, Μήτηρ θυγατρὸς &c. *Ptolmais ſemper fuit Sponſa Dei, Virgo annorum XV. Mater Filiæ gratia poſui*. Character ſiquidem Γ. in prima linea poſitus pro ς. in marmoribus ſculptus non ſemel cernitur.

ΑΙ. Τὸ ἑνδέκατον, *undecimo*. Muratorius pag. 401. n. 4.

ΑΙΘ. Αἰθαλίδων, ex *Aethalidis* Atticæ populo. Sponius pop. Att. p. 85.

ΑΙΛ. Αἴλιος, *Ælius*. Donius p. 311. n. 192.

ΑΙΜ. Αἰμιλία, *Æmilia* Romana Tribu. Sponius pop. Atticæ pag. 225.

ΑΙΞΟ. Αἰξονεὺς, ex *Æxone* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 52.

ΑΚΥΛ. Ἀκύλιος, & Ἀκύλια, *Aquilius*, & *Aquilia* in eodem marmore apud Gruterum p. 680. n. 6.

ΑΛ. Ἀλωπεκεὺς, ex *Alopece* Atticæ pop. Vide in ΑΛΩ.

ΑΛΕ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ. Utraque *Alexandrinus*. Murat. p. 2019. n. 1. Donius Claſſe IV. n. 58. p. 149.

ΦΛΑΟΥΙΟΣ
ΤΕΡΠΝΟΣ
ΚΙΘΑΡΩΙΔΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΡΕ.

*Flavius dulcis Citharœdus Alexandrinus.*

ΑΛΥΠ.

Digitized by Google

ΑΛΥΠ. Α'λυπίου, vel Α'λυπιανοῦ. *Alypii &c.* apud Cyriacum p. 7. n. 52.

ΑΛΦ. Α'λφηνὸν, *Alphenum*. Smitus Notit. Eccleſ. p. 22.

ΑΛΩ̄. Α'λωπεκῆς, ſive Α'λωπεκῆθεν, ex *Alopece* Atticæ pop. quæ ad Antiochidem Tribum, ut ex marmore ipſo eruitur, ſpectabat. Marmor Riccardianum in Faſtis Atticis. Tom. 1. p. 170.


AM. Α'μερῶν pro ἡμερῶν. *Dierum*. Muratorius p. 1671. n. 8.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΕ ΕΥΤΥΧΗϹ
ΝΗΠΙΟΝ ΕΤΩΝ. Η. Κ. ΑΜ. Ι.

Ubi Cl. Corſinus p. 6. legit ΚΑΙ Μηνῶν. At planior, ni fallimur, ea videtur lectio, Καὶ Α'μερῶν doricè ſcriptum; quod & Cl. Muratorius advertit. Hic jacet Eutyches puer annorum VIII. & dierum X.

AMM. Α'μμωνίου, *Ammonii*. Muratorius p. 2019. n. 1.

ΑΛΔΥΙΕ. Cl. P. Lupi pag. 36. Inſcriptionem hanc refert, quam ab ſe viſam dixit Romæ apud Puellas *Mendicantes*, & propter informes litteras legere deſperavit.



Verum, niſi mea me fallit opinio, ſic reſtituenda eſt. Α'ναγιελία Α'μίμας ἔζησεν ἔτη ιδ'. *Anagielia Amimas vixit annos XIV*. In ea autem nulla ſunt Sigla, ſi notas numerales excipias.

ANACTA. Cl. P. Corſinus p. VI. Diſſer. 7. Α'νάςασιν. *reſurrectionem* interpretatur. Ego vero Α'ναςαθήσεται. Vide in ΠΑΡΑΣΚΕΥ.

ΑΝΕΘ. ΑΝΕΘΗ. ΑΝΕΘΗΚ. Omnia Α'νέθηκε, *poſuit*. Sponius pop. Atticæ p. 70. & 181. Donius p. 9. n. 32. Muratorius p. 11. n. 8.

ΑΝΑΚΝΙϹ. Α'νεκαινίσθη, *renovatum eſt*. Vide in NA.

ΑΝΕΜΟΥ. Α'νεμουρίου, *Anemurii*, vel *Anemuriæ*. Muratorius p. 235. n. 4. optime notavit in marmore Athenis erecto in Hadriani Cæſaris honorem, ΑΝΕΜΟΥΡ. ſcribendum fuiſſe; cum nullibi. *Anemum* invenire liceat apud Scriptores. Equidem *Anemurion* Promontorium in Cilicia a Strabone lib. XIV. locatur. Quin & Urbs, ejuſdem nominis in Iſauria, ſive Cilicia inter Antiochiam ad occaſum, & Celenderim ad ortum reperitur: quod certè inſcriptioni, quæ ſic habet, apprimè reſpondet.

ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ
ΑΝΕΜΟΥ ΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ

*Servatorem Mundi*, *Hadrianum* ſcilicet, *Anemurii*, quod eſt in *Cilicia*, *Senatus*, *Populuſque* honorat.

ΑΝΕΠ: Α'νεπαύσατο, *requievit*. Reineſius Claſ. XX. n. 364.

ANT. Α'ντώνιον, *Antonium*. Smithus Notit. Eccleſ. p. 22.

ΑΝΤΑΓΩΝΙϹΤ. Α'νταγωνιςὰς, *Adverſarios*, *Æmulos*, Gruterus p. 314.

ANTI-

ANTIΘΗΣ. Ἀντίθησι, *donat*. Cyriacus p. 33. n. 220.

ΕΞΙΓΡΑΡΥΟΝ. ΣΑΜΙΧΟΥ. ΤΟΥ. ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ.
ΑΝΤΙΘΗΣ. ΤΑΣ. ΙΔΙΑΣ. ΔΟΥΛΑΣ.

*Exigraryon*, *Filius Samichii Hoſpites amantis donat ſuas ſervas.*

ΑΝΤΙΣΤΡΑ. Ἀντιςράτηγον. *Prætorem*, ſive *Imperatoris Vices gerentem*. Apud Montfauconium Palæogr. p. 161.

ΑΝΤΩΝΙ. & ΑΝΤΩΝΕΙΝ. Utraque Ἀντωνίνε. *Antonini*. Reineſius Claſ. III. n. 36. p. 313. Murat. p. 242. n. 1.

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤ.
ΩΝΕΙΝ. ΚΑΙ. Λ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΟΥΗΡΟΥ.

*Marci Aurelii Antonini*, *&* *Lucii Aurelii Veri*.

ΑΠ. & ΑΠΟΛ. Utraque Ἀπολλωνιεύς, ex *Apollonia* Atticæ pop. Sponius pop. Atticæ p. 122. & Itiner. p. 54.

ΑΠ. Ἀππίου. *Appii*. Fabrettus p. 756. n. 624.

ΑΠΕΛΕΥ. ΑΠΕΛΕΥΘ. ΑΠΕΛΕΥΤΕΡ. Omnia Ἀπελεύθερος, *Libertus*. Donius p. 17. n. 60.

ΑΠΕΛΕΥ. ΣΕΟΥΑΣ

*Libertus Auguſti*. Gruterus p. 595. n. 11. Idem Gruterus pag. 60. n. 5.

ΑΠΕΛ. ΚΑΙC. ideſt ΑΠΕΛευθέρω ΚΑΙCαρος, *Liberto Cæſaris*, legitur in Inſcriptione, quam refert Vignolius in Diſſertatione de Columna Antonini pag. 333.

ΑΠΙ. Ἀπίοντος, *exeuntis*. Cl. Maffejus p. 47. ex inedita Chishulli parte II.

Η ΠΟΣ Η ΑΠΙ.
Μ Ε

Ubi

Digitized by Google

Ubi idem egregius Auctor interpretatur: *Menſis Poſideonis quinta die abeuntis*. Illum vero Menſem atticum eſſe, utpote Neptuno ſacrum, Romanorumque Januario reſpondere cenſuit Plutarchus in *Cæſare*, Suidas verò Decembri.

ΑΠΟΛ. Ἀπολλωνιάτης, ex *Apollonia*. Atticæ pop. Sponius Itiner. p.54. At apud Gruterum p.1092. n.9. facile pro Ἀπολλωνίου *Apollonii* accipitur.

ΑΠΟΛΛΙΑΡ. In marmore Tito Porcio Corneliano erecta Inſcriptione apud Gruterum p. 458. n.1. ubi Ἀπολλιναρεῖς legendum eſt.

ΑΠ̊. Ἀποςόλων, *Apoſtolorum*. Vide in ΝΑ.

ΑΠΡ. ΑΠΡΕΙ. & ΑΠΡΕΙΛ. Ἀπριλίων, ſive Απριλίου, *Aprilis*: Gruterus in Cathedra S. Hippolythi. p.141. 140., & Fabrettus p. 677. n. 34.

ΑΡΑΒ. Ἀραβικοῦ, *Arabici*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 21.

ΑΡΙ. Ἄριςος fortaſſe, *Optimus*. Gruterus pag. 1050. num. 1. marmore Treviris poſitum exhibet, in quo ea Sigla.

ΕΝΘΑΔΕ. ΚΙΤΕ. ΕΝ. ΗΡ
ΗΝΕ. ΚΑCCΙΑΝΟC. ΑΡΙ
ΒΕΔCΙΜΟΥ. ΑΠΟ ΚΩ̄
ΑΔΔΑΝΩΝ. ΖΗCΑ
ΑC ΝΚΡΟΠΛΟΥC. ΕΤΗ. Κ̄Β̄

Quod ſic reſtituerim, latineque reddiderim. Ἐνθάδε κεῖται ἐν εἰρήνῃ Κασσιανὸς ἄριςος (υἱὸς) Βεδσίμου. ἀπὸ κώμης Αδδάνων, ζήσας μικρὸν πλοὺς &c.

*Hic jacet in pace Caſſianus optimus (Filius) Betſimi, ex Pago Addanorum, quum vixerit annos paulò plus XXII.*

Reor enim grammata hæc AC. ultimæ lineolæ ad ſuperiorem lineam pertinere, unumque A redundare. Formula

la verò iſthæc ΜΙΚΡΟΝ ΠΛΟΥΣ. ΠΛΟΥΣ ΜΙΝΟΥΣ, in aliis etiam marmoribus legitur.

Porro pagus ille, ſive vicus *Addanorum* eſt in Syria, uti ex Inſcriptione alia Veronæ poſita, colligitur, quam Cl. Fabrettus Cap. X. n. 502. refert, feliciterque reſtituit Hagenbuchius apud Gorium part. III. p. 36.

ΕΝΤΑΔΕ ΚΙ
ΤΕ. ΑΥΡ. ΕCω
ΠΟC. Κ. ΑΔΔΑ
ΝωΝ. ΤΗC. CΥΡΙ
ΑC. ΖΗCΑC. ΕΤΗ. Ν
ΜΗΝ. ΟΚΤω. ΕΝ ☧

*Hic jacet Aurelius Æſopus Civis Vici Addanorum Syriæ, qui vixit annos* L. *menſes octo in Chriſto.*

ΑΡΚΑΔ. Ἀρκαδίῳ, *Arcadio*. Muratorius pag. 393. n. 7. in lapide, ubi Arcadii, & Rufini Conſulatus notatur, quem nos in ΡΟΥΦΕΙΝ. exponemus.

ΑΡΤΕΜΩ. Ἀρτέμωνος, *Artemonis*. Sponius Itiner. p. 50.

ΑΡΧ. Ἄρχων vel Ἄρχοντες, *Principes*. Idem Sponius Miſcell. Sect. X. n. 95.

ΑΡΧΙΕΠΙCΚ. Facillimè explicaveris Ἀρχιεπισκόπου, *Archiepiſcopi*. Montfauconius Palæograph. p. 174.

ΑΡΧΙΣ. Sponius in Miſcell. Sect. X. num. 66. marmor profert *M. Aurelio Severo Antonino* poſitum in Thera Inſula, in quo ea Sigla reperiuntur a Maffejo quidem pro Ἀρχιστράτηγος, ab eodem Sponio pro Ἄρχων; a Vandalio vero pro Ἀρχιερέως accepta. Verum quum in eodem marmore poſt varios Cæſaris titulos, nomenque Aurelii Philoxeni Abaſcanti clare habeatur τοῦ πρώτου Ἄρχοντος Αὐρ. Ἰσοκλέους

τὸ

τὸ Β.: ea quoque Sigla Ἄρχοντ☉, vel Ἀρχόντων exponenda ſunt, atque ita reſtituenda: ΑΡΧΤΣ. pro Ἄρχοντ☉, vel ſic ΑΡΧΤΝ. pro Ἀρχόντων. Et vero Theræi ſuum Magiſtratum *Archontes* vocabant . . . Conſule Cl. P. Corſinum p. 9.

ΑΣΚΛΗ. Ἀσκληπιείοις, *Aſclepiis* ludis nimirum, ac feſtis, quæ Aſclepio, ſeu Æſculapio ſacrata erant, quæque in variis Græciæ Urbibus celebrabantur. Hinc quæ magno, ſplendidoque apparatu habebantur, uti in Ancyrana Urbe, Μεγαλασκλήπια in Gruteri marmore p. 630. n. 3. appellantur. Vide Corſinum Diſſert. V.

ΑΤΑΕϹΕϹΙ. Κατάθεσις, *Depoſitio*, ſive Κατατέθειται *depoſita eſt*. Boldettus p. 808.

ΑΤΑΘΕϹΙ
ΒΙΝΚΕΝΤΙΑ
ΠΡΟ Δ ΝΩΝ ΙΟΥΝΩΝ

*Depoſita eſt Vincentia IV. nonas Junias*.

ΑΤΟΙϹ. Αὐτοῖς, pro Ἑαυτοῖς, *Sibi*, ut optimè cenſet Cl. Corſinus p. 9. in lapide a Muratorio pag. 1460. pag. 7. expoſito.

ΑΥΓ. Αὐγούστου, vel Αὐγούστων, *Auguſtarum*, ſcilicet *nonarum*. Muratorius pag. 1860. n. 9. pag. verò 401. num. 4. idem ſonat, ac Αὐγούστου *Auguſti Honorii* videlicet.

ΑΥΓΟΥϹ. Αὔγουστος, *Auguſtus* Juſtinianus nimirum. Montfaucon. Palæogr. p. 174.

ΑΥ̅Ρ. ΑΥΡ. Prima Αὐρήλιον, *Aurelium*. Murator. p. 549. n. 1. Altera verò Αὐρήλιος. Fabrettus Cap. X. n. 502. p. 740., qui tamen perperam explicat *Aureſopus* unum nomen cum altero copulans.

ΑΥΡΕ. ΑΥΡΕΛ. Prima Αὐρελίῳ, *Aurelio* apud Muratorium pag.

Digitized by Google

pag. 1851. n. 3. Α'υρέλιος altera apud Gruterum pag. 608. num. 7.

ΑΥΡΗΛ. ΑΥΡΣ. Α'υρήλιον, & Α'υρήλιος. Prima habetur apud Cyriacum p. 38. n. 250. ſecunda apud Gruterum p. 1136. num. 10.

ΑΥC. Α'υτὸς, *ipſe*. In marmore Oxonienſi n. 33. p. 36.

ЄΧЄΤΩ ΑΥC ΤΑC. ΑΡ. . . ΤΩΝ ΑΓ. . . .

*Habeat ipſe maledicta Sanctorum Patrum*, nimirum 318., qui Concilio Nicæno interfuere : eorum quippe in marmore mentio fit.

ΑΥ. Α'υτη, *hæc*. In lapide Rogerio Calabriæ, Siciliæque Comiti poſito, pontique cuidam, qui ad Urbem in Sicilia, quæ *Bronte* dicitur, infixo conſpicitur.



Digitized by Google

+ ΗΚΟΔΟΜΗΘΗ, ΗΑΥ: ΗΕΦ4

Ρ4 Ṽ ΠΕΡΕΥΗΜΕΡ4C Τ8C ΚΛ4ΤΟ

ΠΡΚΟΜΗΤΟCΡωΚΕΡ ΚΑΛΑΒΡΑ

ΤΕ ΚΟΚΕΝΑC Κ ΤωΝΧΡCΤΑΝωΝ

ΒΟΗΘΟC ΚΥ ΠΕΡΑΦΘΕΝωC ΤΙC

ΜΑΚΑΡ= ΤΟΥΜΗΤΡΟC ΑΥΤ ΑΔΕΜ

ωΑC ΕΝΗC· ΛΗΧΚΘΠΝΙΔ

Quam Inſcriptionem vulgaribus Græcorum litteris ſcribimus, ſimulque corrigimus.

*Ωκοδομήθη ἡ ἄυτη Γέφυρα ὑπὲρ εὐημερίας τοῦ κλυτωτέρου πατρὸς Κόμητος Ρωκερίου Καλαβρίας τε, καὶ Σικελίας, καὶ τῶν Χριστιανῶν βοηθοῦ, καὶ ὑπεραυθέντου τῆς μακαρίτου μητρὸς αὐτοῦ Α᾽δεμώας Ριγίνης. ϛΧκθ. Ινδ. Ιδ.*

*Ædificatus eſt pons iſte faustis temporibus celeberrimi Comitis Rogerii, & Calabriæ, & Siciliæ, Chriſtianorumque adjutoris, & Dominæ felicis, Matris ejus Ademoæ Reginæ anno 6629.* Chriſti verò 1121. *Indictione XIV.*

Eo quidem anno miſit Calliſtus II. P. M. Ugonem Cardinalem Rogerium rogaturus, ne Calabriam invaderet; at fruſtra: quare eodem anno eâ jam occupatâ Provinciâ Inſcriptionem poſitam arbitramur. Sequenti etenim anno idem Rogerius Melitam cepit.

ΑΥΤ. ΑΥΤΟΚ. ΑΥΤΟΚΡΑΤ. Prima Α᾽υτοκράτορι apud Sponium Itiner. p. 118. Secunda Α᾽υτοκράτορος apud eumdem p. 12. n. 90. Tertia Α᾽υτοκράτορα ſonant apud Gruterum p. 1084. num. 6.

ΑUΤΟΚΡΑΤ. ΚΑΙΣΑΡΑ
*Imperatorem Cæſarem.*

ΑΦΙ. Α᾽φιδναῖος, ex *Aphidna* Atticæ populo. Sponius Itiner. p. 48.

ΑΦΡΟΔΙCΙ. Α᾽φροδισιάδος, *Aphrodiſiadis*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 28.

ΑΓΑΘΟΚΛΙ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΑΦΡΟΔΙCΙ ΤΗC ΤΡΑΧΗΑC
ΕΤΕΛ. ΕΤΩΝ. . . . . ΕΠΟΙΗ
CΑΝ ΟΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ



Digitized by Google

Quam idem Sponius in Latinum vertit. *Agathocles Menandri Aphrodiſiæ aſperæ Civis obiit . . . . Fecerunt Liberti*. At, uti optime notavit Cl. Corſinus p. 10. *Aphrodiſidiadis* non *Aphrodiſiæ* ea Sigla interpretari debemus. Strabo ſiquidem lib. XIV. Ciliciæ partem extra Taurum locatam τραχεῖαν, ſive aſperam dici teſtatur. Stephanus verò ex duodecim Urbibus, quæ eodem *Aphroſidiſiadis* nomine appellabantur; primam in Cilicia reperiri aſſeverat: ad quam Agathoclem pertinuiſſe penè certum eſt. Cur autem P. Corſinus legendum eſſe velit Α'γάθοκλι, non verò Α'γαθοκλῆς, prorſus ignoro: idque præſertim, quum in lapide primo loco dicatur apertiſſimè, Agathoclem mortuum eſſe an.... deindeque Libertos eidem poſuiſſe monumentum. Igitur legendum eſt Α'γαθοκλῆς ἐτελεύθη, vel ἐτελεύτησεν; atque ita vertenda inſcriptio eſt.

*Agathocles Menandri* Filius *Aphrodiſiadis aſperæ* Civis *obiit annorum . . . . .* Ei *fecerunt Liberti* monumentum.

AXAP. Α'χαρνεὺς, ex *Acharna* Atticæ pop. Sponius Itiner. pag. 51.

A☧Ω. Sæpiſſimè in Chriſtianorum monumentis cernuntur, ipſumque Chriſtum repræſentant, qui in Sacris litteris Α'λφα, & Ω'μέγα, *principium*, & *finis* rectiſſimè appellatur.

B. B.

B

B. B. Δύο, *duo* frequenter in profanis, Chriſtianiſque marmoribus occurrit. Boldettus pag. 368. habet utraque Sigla.

ΕΛΑΙΝΟϹ ΗΑΙ ϹΩΤΗ
ΡΑ. ΕΥϹΕΒΙΩ ΓλΥΚΙΤΑ
ΤΩ ΤΕλΕΥΤΑ /ₕ ΕΤΩΝ
ΙΒ ΠΙΒ /ₕ ΤΗ ΠΡΟΤ /ₕ ΝΩΝ. ΑΥΓ.

*Elenus, & Sotera Euſebio dulciſſimo defuncto annorum XII. dierum XII. primo nonas Auguſti*. Ita lapidem pravè ſcriptum, optimè interpretatur idem Boldettus. Illud verò ſignum ter in lapide poſitum, quodque rarò in aliis apparet Inſcriptionibus, pro verborum compendio, ſcriptum mihi videtur.

B. Δεύτερος, *Secundus*. Montfauc. Palæograph. p. 174. Gruterus p. 210. ΤΟΝ Β ΚΛΑΡΟΝ. *Secundam ſortem*.

B. B. Utraque τὸ δεύτερον, *Secundo*, *ſecunda vice*. Altera quidem in eximio marmore, quod a Reineſio ſecundum accuratiſſimum Gherardi apographum, Claſ. III. n. 84. exhibetur. Altera verò apud Sponium Itiner. pag. 147. ubi notandum eſt, quandoque notæ illi numerali addi articulum τὸ, uti diximus in A. quandoque eandem poni ſine illius articuli additamento.

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ Β.
ΥΠΑΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ

*Tribunicia poteſtatis*, ſive *Tribunum Plebis ſecundò*, *Conſulem tertiò*, *Patrem Patriæ*. Advertas inſuper eandem no-

Digitized by Google

notam apud eundem Sponium Miſcell. Sect.X. n.64. p.341. ſic etiam pingi. $\overline{B}$

B. Δὶς *bis*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 110. apud quem ΠΥΘΙΑ B. NEMEIA B. Artemidorus viciſſe dicitur : Scilicet in Certamine Apollinis Pythii, & in Nemæis ludis in Herculis honorem inſtitutis bis victor extitit. De ludis his fuſius alio in lóco dicemus.

B. Δισχίλια, *bis mille*. Montfauconius Palæogr. p. 162. in Ancyrano marmore.

X B Φ

*Denariorum duomillia*, *&* *quingentos*, ut idem recte interpretatus eſt in alio marmore Diar. Italic. ejuſdem Scriptoris p. 202.

Ӿ B Φ

*Denaria bis mille quingenta*. Aliquando tamen idem valor ita exprimitur

Ӿ' B Φ

Lineola, ſeu apice, quæ ſæpe prorſus omittitur, non infra litteram ſecundum uſitatum ſcribendi morem appicta, ſed lateri ejuſdem grammatis adjectâ.

B. Δισσὸν, *Duplex*, vel Δεύτερος, *Secundus*. In marmore Oxonienſi 102. p.146.

ΦΙΛΕΙΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ Β. ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΕΠΟΙΗΣΕ ΑΥΤΩ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΠΑΣΙΝ &c.

Quod Prideauxius exponit *Philenus Athenæi II.* &c. Cl. verò Maffejus . . . . *Athenæi Filius monumentum ſibi paravit vivens*. B. pro OY, vel Y occurrit ſæpè, ſicuti latina verba Græcis admixta, & græcis litteris prolata ſæpius, at Cl. P. Corſinus p. 11. Βερενικίδης, *populum*, ſeu *Patriam*;

*triam*; aut Βουλευτὴς, *Senator*. Philini videlicet dignitatem per illud B. ſignificatam, arbitratur. Ego verò, niſi mihi ipſi ſoli plaudam, planiorem marmori explicationem dederim hanc. *Philinus Athenæi* filius *duplex monumentum fecit*, *ſibi*, *ſuiſque omnibus*, libertis nimirum &c. vel ſi mavis: *Philinus Athenæi Filius ſecundus*, minor videlicet &c. B. Δευτέρως, *Secundo loco*, *Secunda vice*. In Inſcriptione Dorica Dialecto ſcripta apud Gruterum p. 1091. n. 4.

Α ΒΟΛΛΑ. ΚΑΙ Ο ΔΑΜΟΣ. ΕΤΕΙΜΑΣΣΕΝ
ΑΥΡ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ. Β. ΤΟΥ
ΤΩ. ΥΜΕΝΑΙΩ. ΒΟΥΛΕΥΤΑΝ &c.

Latineque redditur. *Aurelium Artemidorum*, *Cultorem Hymenæi*, *Senatorem &c.* Quæ ſane verſio mihi minus probatur. Quum enim in lapide clare exaratum fuerit ΤΟΥΤΩ, vox proximè ſequens veriſimilius reſcribenda videtur ΜΝΑΜΕΙΩ. Quod & P. Corſinus p. 11. probavit: Et quamvis putaverit ipſe, quid per Characterem hunc B. inibi exaratum ſignificetur, vix poſſe divinari: tamen haud ſtatim refellenda noſtra interpretatio. Etenim apud Græcos, quos inter fuiſſe Artemidorum, ejuſdem probat nomen, Senatoris munus annuum erat, quo exacto, an per aliquot annos ab eo vacarent, nemo tradit; ſed vacaſſe opinor, ait Cl. Jo: Vincentius Luccheſinius *in Demoſthen. Orat. annot. hiſt.* p. 393. ne anguſtiorem ceteris facerent hujuſce dignitatis locum. Quocirca potuit Artemidorus denuò eligi in Senatorem. En Inſcriptionis interpretatio.

*Senatus*, *Populuſque honoravit*
*Aurelium Artemidorum ſecundò*
*Senatorem monumento hoc*.

BA-

Digitized by Google

ΒΑΣΙΛ. Βασιλεῖ, *Regi*. Muratorius p. 64. n. 6.

ΒΑΣΙΛΕΟΔΩ. Βασιλεόδωρος, *Baſileodorus*. Sponius Atticæ pop. p. 162.

ΣΩΣΙΜΟΣ Ο ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΟΔΩ.

*Soſimus, qui & Baſileodorus*.

ΒΑΣΙΛΙ. Βασιλικῷ, *Regio* nimirum Spathario, de quo ſuo loco dicemus. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 29.

Β. Δ. Βουλῆς Δόγματι, *Senatus Decreto*. Sponius idem Miſcell. Sect. X. n. 39.

Β. ΒΕΝΕΦ. Utraque Βενεφικιάριος, *Beneficiarius*. Sunt apud Gruterum, prima p. 1136. n. 12. altera p. 68. n. 6.

ΒΕΡ. Βερενικίδης, ex *Berenicidis* Atticæ pop. Sponius Itiner. pag. 50.

ΒΗΣ. ΒΗΣΑΙΕ. Altera, & Altera Βησαιεὺς ſonant, ſcilicet, qui ex *Beſſa* Atticæ populo eſt. Sponius Att. pop. p. 160. & Itiner. p. 51.

Β. Η. Heſſelius inter Epheſina marmora n. 20.

Β. Η. ΣΕΥ. ΤΥΧΗ

Quos characteres ſtigmate ſublato conjungit Cl. P. Corſinus probabilitate magna ſic. εὐσεΒΗΣ. ΕΥΤΥΧΗς. *Pius Felix*: ac ſi Cæſaris alicujus titulus foret. Quid ſi in eis lateret ſententia hæc? Βλαβερῶν Ηχθος ΣΕΥε ΤΥΧΗ. Malorum moleſtias fugavit Fortuna. Jonica Dialecto Ἦχθος pro Ἄχθος, & ΣΕΥ. loco εΣΕΥε poſitis?

ΒΙ. Τὸ δωδέκατον, *Duodecima* vice. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 20. p. 329.

ΒΙC. Βίσωμον. *Sepulcrum* ſcilicet *duo continens corpora*; vel uti putat Cl. Muratorius Βίσιος, *Biſius* nomen proprium, in hac Inſcriptione, quam Gorius habet Part. I. pag. 50. num. 79.

Θν Κν

Θ, Κ,
ΔΥΟ ΤΕΚΝΟΙΣ
ΟΚΤΑΒΙꙌ ЄΡ
ΜΗ. ЄΤꙌΝ. Η
ΚΑΙ. ΟΚΤΑΒΙꙌ
ЄΥΚΛΗΤΙ. Ꙍ̄
ЄΠΟΙЄCЄΝ. Ο
ΒΙC. ΤΡΟΦ. . . . . . . .
ΠΑΤΗΡ. Α. . . . .

*Duobus Filiis Octavio Hermeti annorum VIII. & Octavio Eucleti an. IX.* ( Ꙍ̄ forte poſitum pro Θ ) *fecit Biſſomum Trophimus Pater miſerabilis*. Illud enim A. Ἄθλιος reddi poteſt. Equidem *Triſomi* etiam, & *Quadriſomi* vox in marmoribus reperitur, ea videlicet monumenta ſignificans, quæ tria, & quatuor Defunctorum Corpora capiebant: quæque alioque græco nomine *Poliandra* vocabantur. Conſule Cl. Boldettum pag. 286.

Β. Κ. Μ. Βῆρ Καςισσίμαι Μουλίερις, *Vir Caſtiſſimæ Mulieris*. Habet Inſcriptio latina Græcis litteris exarata apud Cl. Reineſium. Claſ. XIV. n. 30. p. 730., quam vide in ΔΕΙ.

ΒΡΙΤ. Βριταννικόν, *Britannicum*. Antoninum videlicet Imp. in lapide apud Muratorium pag. 248. n. 1.

ΒΥΒΛΟ̄. Βύβλινον, vel Βίβουλον, *Byblinum* patrium nomen, aut *Bibulum* ſimplex agnomen in marmore Corcyræ poſito, quod Muratorius p. 553. n. 1. expoſuit.

ΑΠΟΛΙΣ ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ
ΓΑΙΟΥ ΥΟΝ ΒΥΒΛΟ̄ ΤΟΝ
ΠΑΤΡΩΝΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ

G *Mar-*

*Marcum Calegaii Filium Biblienſem*. Ita Cl. Murat. At Corſinus pag. 13. Sponium ſequutus *Caii Filium* explicat: quod ea Muratorii interpretatio a perſpicua Romanorum nominum indole prorſus abhorreat. ΚΑΛΗ verò putat, idem eſſe, ac Καλήνιον, vel Βαλήριον. Denique ea ſigla non Marci patriam, ſed ejuſdem agnomen ſignificare eidem viſa ſunt. Verum ſi Inſcriptio rectè conſideretur, Patria potius *Marci*; quam ejus agnomen per ea ſigla manifeſtatur. Quare ſic eam in latinum vertimus.

*Civitas Marcum Calenium Gnæi Filium Byblinum, Patronum, & Benemeritum Hermeracle*, ſtatuâ nimirum *Mercurii*, & *Herculis* in eadem baſi, qua ſignificaretur fortaſſe, *Marcum* Virum fortem fuiſſe, & eloquentem; ideoque ea Statua honorandum. Illius ſigni mentionem fecit Cicero Epiſt VIII. ad Atticum. Romani ſiquidem ſolebant Mercurii, ac Minervæ, utpote eloquentiæ Præſidum, quandoque Mercurii, & Herculis conjunctas Statuas in gymnaſiis dicare. Legeſis Epiſt. III. ejuſdem Ciceronis ad Atticum. Ceterum eam Inſcriptionem mutilam eſſe vehementer ſuſpicor.

ΒΩ. Βωμοὺς, *Aras* duodecim nimirum Apollini erigendas. Chiſhullus in Antiquitatibus Aſiaticis p. 68.

Γ. Τρεῖς,

## Γ

ΓΑ Τρεῖς, Τρία, *tres*, *tria*. Sæpe etiam Τρίτος, *tertius*. Boldettus pag. 464.

.....LNΘΑΔΣ Κ.....Ι
.....ΑΙΩΝΙΟΝ ϹΚΟΤΟϹ ΟΙ
ΚΩΝ ❦ΣΖΗϹΑΣ ΤΗ ❦ Κ ❦ ΜΗ
ΝΑϹ ❦ Β ❦ ΗΜΣΡΑΣ ❦Γ❦ ΦΙΛΙΠΠ
ΑΝΟϹ ΑΔΣΛΦΩ ΑϹΥΝΚΡΙΤΩ
ΚΑΙ ΣΠΙΖΗΤΗΤΩ ΝΗΜΗϹ
ΧΑΙ ΙΝΣΠΟΙϹΣΝ

Quæ ſane Inſcriptio quum mutila eſt, & variis aſperſa erroribus, inuſitatoque ſcripta charactere; vulgaribus Græcorum litteris reſcribenda videtur.

. . . . Ἐνθάδε κεῖμαι αἰώνιον σκότος οἰκῶν· ἔζησα ἔτη κ. μῆνας β'. ἡμέρας γ'. Φιλίππανος Ἀδελφῷ ἀσυγκρίτῳ, καὶ ἐπιζητητῷ μνήμης χάριν ἐποίησεν.

. . . . *Hìc jaceo perpetuas tenebras habitans. Vixi annos XX. menſes duos, dies tres. Philippanus Fratri incomparabili, valdeque deſiderato memoriæ cauſſa fecit.*

Eam autem phraſim in ſecundo verſiculo expreſſam, quamvis ab Ethnicis deſumpta ſit, ut videre licet apud Catullum in Carmine ad *Lesbiam* ita canentem.

*Nobis, quum ſemel occidit brevis lux,*
*Nox eſt perpetua una dormienda.*

Uſurparunt aliquando etiam Chriſtiani in ſuis Epitaphiis incaute potius, quam impie. Videſis eundem Boldettum loco citato.

Equidem pro hac Γ numerali nota hanc III. Romano-

 rum

rum adhibuere Græci, ut clarum ſit ex Inſcriptione, quam refert idem Boldettus pag. 390.

ΑΠΕΓΕΤΟ ΑΦΡΟΔΙCIS ΖΗCAS ΕΤΗ III ΜΗΝΑC Θ
ΗΜΕΡΑC. Κ. ΜΗ λΥΠΟΥ ΤΕΚΝΟΝ ΟΥ λΙCΑΟ
ΝΑΤΟC

Quæ a Cl. Viro ita latine redditur. *Deceſſit Aphrodiſis, qui vixit annos tres, menſes IX., dies XX. ne contriſteris Fili, non oblivioni traderis natus.*

At male formati characteres eidem impoſuerunt: ultimæ enim litteræ ita legendæ ſunt, ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ. *Nemo immortalis.*

Γ. *Τὸ τρίτον, tertiò, tertia vice*. Donius Claſ. II. num. 73. pag. 88.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΤΟ Γ ΥΠΑΤ Δ. Π. ΠΑΤ.
*Imperatorem III. Conſulem IV. Patrem Patriæ &c.*

Γ. *Τρὶς, ter*. Apud Sponium in Miſcell. Sect. X. n. 112. & in Atticæ pop. p. 222. Ubi victoriæ recenſentur.

ΝЄΜЄΙΑ ЄΝ ΑΡΓЄΙ Γ.

*Nemeæa* videlicet *certamina*, quæ in Herculis honorem inſtituta ſunt; quod ille in Sylva Nemees, cui oppidum ejuſdem nominis in *Argia* proximum eſt, Leonem immanis magnitudinis interfecerit; quorum victores apio coronabantur.

Γ. *Τρισχίλια, tria millia*. Muratorius p. 1069. n. 6.

ΑΔΩΣΕΙ· ΤΩ ΦΙΣΚΩ ΔΙΝΑΡΙΑ Γ.

Ubi perperam latinus marmoris Interpres vertit *Denariorum quinque millia*. Nota ſiquidem hæc Γ. non quinque, ſed ter ſignificat. *Dabit Fiſco Denariorum tria millia.*

Γ. *Γερουσίας, Senatus*. Muratorius pag. 467. n. 7.

Γ. Γαΐου,

Γ. Γαΐου, *Gnæi*, ſive *Caii*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 79. pag. 348.

ΓΑ. Γαΐου. Cyriacus pag. 38. n. 246.

ΓΑΓΗ. Γαληρίᾳ, ex *Galeria* Romana tribu, marmoris lacuna, hujuſce Λ litteræ non bene viſa forma, fecit ut acciperetur Γ. pro Λ. Muratorius p. 556.

ΓΑΡ. ΓΑΡΓΗ. ΓΑΡΓΗΤ. ΓΑΡΓΗΤΙ. Omnia Γαργήττιος, ex *Gargetto* Atticæ pago apud Athenas Epicuri Patriâ, qui inde *Gargetius* dictus eſt. Sponius Atticæ pop. p. 78. 79. & 159. Itiner. verò p. 48.

ΓΒ. Γαβριὴλ, *Gabriel*. Gruterus p. 1048. n. 2.

ΓΕ. ΓΕΛΛ. Utraque Γέλλιος, *Gellius*. Sponius Atticæ pop. pag. 200.

ΓΕΓΡ. Γεγραμμένου. *Scripti*. Vide in ΠΡΟΓΕΓΡ.

ΓΕΝ.° Γένους, *generis* ſive *ſtirpis*. Vide Inſcript. iu Ιυδ.

ΓΕΡΜΑΝΙΚ. Γερμανικῆς, germanicæ nimirum Legionis, vel Γερμανίας, Germaniæ. Gruterus pag. 458. n. 1.

ΓΕΡ. Γερμανικὸν, *Germanicum*, interpretatur Muratorius pag. 248. in Inſcriptione Marco Aurelio Severo Antonino poſita.

ΓΗ. Verè ſigla non ſunt in lapide hoc, quem Cl. Boldettus prodit p. 411.

ΗλΙΟΔΩΡΟϹ-ΗλΙΑΚΟΝΕΜΕϹΗΝΟΝ
ЄΝ ΙΡΗΝΗ ΑΝЄΘΗΚЄ
ΓΗ ⳩ $\overline{\text{S}}$ ΚΑΛ. ΙΟΥΝΩΝ

Exponitque: *Heliodorus Heliacum Emeſenum in pace depoſuit in terra ante VI. Kal. Junii*. Etenim ΓΗ. ſcriptum videtur pro ΤΗ; tumque reddendum *dicavit ante diem VI. Kal. Jun.*

ΓΙ.

ΓΙ. ΚΛΑΡΟΥ, *Decimæ tertiæ ſortis*. Gruterus pag.211. interpretatur.

ΓΛΠΡ. Muratorius pag.1361. n.11. marmor hoc Theſſalonicæ poſitum exhibet.

> Μ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΕΡΜΗΣ ΙΟΥΛΙΑ
> ΤΕΡΤΙΑ ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ ΕΑΥΤΟΥ
> ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΗΡΜΙΟΝΗ ΤΗ
> ΘΥΓΑΤΡΙ ΖΩΣΙΜ ΕΠΟΙΕ Ε
> ΤΟΥΣ ΓΛΠΡ ΤΟΥ ΚΑΙΒΙ.

Atque ita explicat. *Marcus Julius Hermes Juliæ Tertiæ Uxori ſuæ, & Juliæ Hermionæ Filiæ* ΖΩΣΙΝ *vivis fecit annos* . . . ea Sigla intacta relinquens. Verum poſtrema vox, quæ *anno*, non *annos* exponenda eſt, ſatis indicat ætatem, ſeu annos & Conjugis, & Filiæ per ſequentes litteras enunciari, quos illæ agebant; dum ipſis ab Hermete monumentum erigebatur. Quare hoc pacto eas notas reddiderim ΕΤΟΥΣ ΓΛ. ΠΡώτης *anno* XXXIII. *primæ*, Conjugis nimirum. ΤΟΥ ΚΑΙ Β. ΕΤΟΥΣ Ι. *& ſecundæ*, videlicet Filiæ *anno X.* Legeſis Cl. P. Corſinum p. 14. præclarè multa de notis illis differentem.

ΓΝ. ΓΝΑΙ. Ambo Γναῖος, *Gnæus*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 17., & Gudius p. 298. n. 10.

ΓΝΗΣ. Γνησίῳ, *legitimo*. In marmore Oxonienſi, p. 276.

ΓΟΝΕ. Γονέων, *Genitorum*. Heſſelius in *Appendice* Præf. inter marmora Epheſina.

ΓΟΡ. Γορπιαίου.. *Gorpiæi*, menſis ſcilicet Græcorum. Habetur in tabulis Siculis, inque detriti operis manubrio.

ΕΠΙ-

ΕΠΙΝΙΚΑΣ Α
ΓΟΡ Α
ΠΑΝΑΜΟΥ
ΔΕΥΤΕΡΟΥ

Hanc autem Epigraphem ſic explicat Gualtherius. *Vincendo gorpiæi menſe I. Panami menſe ſecundi*. De quibus menſibus hæc apud Henricum Stephanum ex veteri quodam Kalendario. *Gorpiæus* incipit a XIX. die Septembris κατὰ Τυρίνους ſecundum Tyrios γορπιαῖος ἡμερῶν λ'. habetque dies XXX. Πάναμος vel πάνεμος, ſive πάναιμος a XXI. Julii, habetque dies XXXI. κατὰ Τυρίνους πάνεμος ἡμερῶν λα'. Kalendarium verò, quod eſt initio Pſalterii M. S. Bibliothecæ Cryptæ ferratæ anno 1282. exarati ſic incipit. Μὴν Σεπτέμβριος ἑλληνικῶς γορπιαῖος. . . . καὶ μὴν Ἰούλιος ἑλληνικῶς πάναιμος.

ΓΟΡΤΥ. Γορτέυως, ſive Γόρτυος. In marmore Tegeæ Arcadiæ quondam Urbis florentiſſimæ poſito, apud Corſinum Diſſert. IV. p. LXXI.

ΜΙΚΙΩΝ ΓΟΡΤΥ
*Micion Gortyos* filius

ΓΟΡΤΥΝΙ. Γορτυνίων. *Gortyniorum* n. 11. in marmore Gortinæ poſito.

ΓΡΑ. Γραφεὺς, *Scriba*. In marmore Oxonienſi n. 141. p. 276.

ΓΡΑΦ. Γραφομένῳ, *Scripto*. Gruterus p. 428. n. 11.

ΓΥΜΝΩ. Γυμνικῷ, *Gymnico*. Sponius Itiner. pag. 111. marmor profert Tyatiræ poſitum, quo Senatus Civem ſuum honorat.

ΚΟΣ-

Digitized by Google

ΚΟΣΜΗΣΑΝΤΑ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ
ΕΝΤΕ ΤΩ ΘΥΜΕΛΙΚΩ ΚΑΙ
ΓΥΜΝΩ ΑΓΩΝΙ

*Qui honeſtavit Patriam & in Thymelico , & in gymnico certamine* . In organis ſcilicet , & lyris , & Citharis præſtantius ceteris præcinendo : inque uno ſaltem ex his gymnicis exercitiis, curſu nimirum, ſaltu, diſco, jaculo, & lucta æmulos ſuperando. Primum certaminis genus *Thymelicum* dictum eſt, quod locus in Orcheſtra editior, in quo Muſici Scenici quid poſſint , experiebantur , *Thymele vocabatur* . Alterum vero ideo *gymnicum* nuncupatur , quia a prorſus nudis apud Græcos potiſſimum , vel ſeminudis , ut plurimum apud Romanos fiebat.

Δ

**Δ** Τέσσαρες. Τέσσαρα, *Quatuor*. Boldettus pag. 391.

ϹΤЄΦΑΝΙΝ ЄΖΗϹЄΝ ΕΤΗ Є ΜΗΝЄϹ. Δ. ΗΜΕΡΑϹ Ι.
ΒѠΡΑϹ ΙΑ Σ ЄΝΠΤΑ.

*Stephania vixit annos V., menſes quatuor, dies XII. horas X. irreprehenſibilis*. Ita Cl. Auctor. Quamvis mallem ego ultima verba legere ѠΡΑϹ ΙΑ. ΣΕΠΤΑ. *horas XI. Venerabilis*.

Δ. Δ. Τέταρτος, *Quartus* . Prima habet marmor Cryptoferratenſe (1). In eo ſiquidem legitur Δ ὁ ἅγιος Βαρθολομαῖος. *Quartus* nimirum Abbas *S. Bartholomæus*. Alter lapis apud Gruterum pag.210. ΤΟΥ. Δ. ΚΛΑΡΟΥ. *quartæ ſortis*.

Δ. Τὸ

(1) *Videſis in Diſſertat. adjecta num. III.*

Δ. Τὸ τέταρτον, *quarta vice*. Donius pag. 88. num. 73.

Δ. Δευτερᾳία, *Secundò*, *ſecunda vice*. Chiſhullus in *antiquitat. Aſiaticis* p. 150. ex M. Antonii Triumviri Epiſt. an. U. C. 717. ſcripta: ubi notam hanc Δ, cui articulus TH. anteponitur, pro τῇ Δευτερᾳία accipiendam eſſe optimè colligit; quia M. Antonius an. U. C. 717. Conſul II. & Triumvir II. extitit: Adde, quod ea nota ſic forte ΔΕΥΤ. ſcripta erat in *epiſt.* dein lacunis aſperſa.

<. Τέσσαρα, *quatuor*. In lapide, quem ſupra exhibuimus in ΑΝΑΓΙϾ.

Δ. Τετράκις, *quater*. In marmore Megarenſi apud Sponium Miſcell. Sect. X. n. 112. & Atticæ pop. p. 122., ubi victoriæ recenſentur. ΠΥΘΙΑ ЄΝ ΠЄΡΓΗ Δ.

Pythia certamina fuere in Apollinis Pythii honorem, in Perge Urbe apud Pamphiliam habita, ob cædem cujuſdam Serpentis *Pythonis* dicti: quorum meminit Ovidius I. Metaph. V. 446.

*Inſtituit ſacros celebri certamine ludos*
*Pythia perdomitæ Serpentis nomine dictos.*

In eo certamine Victores, ut Lucianus auctor eſt, lauro coronabantur.

Δ. Δέκα, *decem*. In marmoreo Oxonienſi Chronico, aliiſque pluribus lapidibus ea nota *decem* aut annos, aut drachmas ſignificat. Sponius Miſcell. Sect. X. p. 356.

ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΩΝ ΤΡΙΣΔ ΠΟΛΕΩΝ
*Summum Sacerdotem tredecim Civitatum.*

ΔΔΔΔΔ. Reineſius Claſ. XX. num. 384. pag. 986. refert Inſcriptionem hanc.

SABBAƷO IN PACE
ΔΔΔΔΔ KK DECEMBRIS.

Cl. P. Corſinus in *Addendis* p. 86. exiſtimat characteres illos poſitos fuiſſe aut ſolius ornatus cauſa, ſicut characteres iſti V. I. & O. in lapidibus aliis poſiti fuerunt; aut illos unitatis vices gerere, adeoque *quinto Kalendas* legendum eſſe arbitratur; præſertim quum etiam littera hæc Z. unitatis aliquando, vel characteris hujus I. locum obtinere in marmoribus conſpiciatur. Ego vero pro Sculptoris genio eos characteres multiplicatos eſſe puto, ſicuti duplicem notam hanc KK. pro Kalendis indicandis ſupervacaneam eſſe nemo non videt. Quare non V. Kalendas, ſed *quarto Kal.* oportet interpretari.

Δ^. Heſſelius in *Appendice Præfat.* num. 5. ubi ea ſigla accipi poſſunt Διονυσίου loco *Dionyſii* videlicet, vel pro Δήμου, *populi*, aut Δημόσιος, *publicus*. Inſcriptio enim eo in loco allata, eos ſumere poteſt ſenſus. Attamen in Muratorio pag. 950. n. 1. loco illius notæ, emendatius forte ponitur O. legiturque.

ΔΙΟΝΥϹΙΟϹ Ο ΠΡΑΓΜΑΤΕΥΤΗϹ
ΦΛ ΔΗΜΗΤΡΙΑϹ ΦΛΑΚΙΛΛΗϹ

*Dionyſius Actor Flaviæ Demetriæ Flacillæ.*

Δ. Interpunctionis vices gerit apud Gruterum pag. 828. n. 4., ut litera Y. apud eumdem p. 702. n. 1.

ΔΑΙΜΟΝ. Δαίμονος, *genii*. Heſſelius in *Appendice præfat.* inter marmora Teja n. 22.

Δ. Ε. Δημαρχικῆς Ἐξουσίας, *Tribuniciæ poteſtatis*. Apud Maſſejum p. 50.

ΔΕΞΗ. Δεξηςάτου, *Dexerati*. Nomen proprium. In Tegeate marmore apud Corſinum Diſſert. IV. pag. LXXIII.

ΔΕΤΟΝ. Δέκατον. *Decimum*. Donius in Schedis adhuc inedi-

tis

Digitized by Google

tis p. 63. marmor profert in Eccleſia S. Pancratii extra Urbem poſitum, ubi ea Sigla.

ΔΕΙ. Δίες, *Dies*. Latina vox in hac Inſcriptione, quæ a Cl. Reineſio Cl. XIV. n. 30. p. 730. exhibetur.

Δ. M.
ΑΥΡΙΛΙΟΥϹ. ΙΝ ΠΕΤΡΑ. ΤΟΥϹ Β. Κ.
Μ. ΒΕΙ. == ΑΝΟ. Η ΜΗΖΕϹ. S. ΔΕΙ. Ν
ΚΟϹΟΥ ϹΥΜΒΕΙΑ. ΕΙΡΗΝΑ ΜΑΡΙΤΟ
ΒΕΝΕ ΜΕΡΕΝΤΙ. ΙΝ. ΚΕΤ.

Inſcriptio tota latina eſt, ſi notas numerales excipias, græcis litteris vitioſe, barbareque ſcripta, quare ſic reſtituenda videtur.

Α'υϱήλιους Ι'ν πέτρα ὁ Βὴϱ Καςίσσιμαι Μουλίεϱις. Βίξιτ Α'ννος Η. Μῆζες S. Δίες Ν. Κοὺμ Σόυα Συμβίᾳ· Μαϱίτους Βενεμεϱέντι Φέκιτ.

*Aurelius Inpetra, Vir caſtiſſimæ Mulieris: vixit annos VIII. Menſes VI. Dies XIII. cum ſua Conjuge Irene. Maritus benemerenti fecit*. Attamen Cl. Corſinus p. 12. in Siglis illis B. K. M., quæ Reineſius non attigit, *Beteranos* quoſdam *Claſſis Miſenatis* deliteſcere ſuſpicabatur. Ceterum quæ nos ſuper illis diximus, divinando dixiſſe fatemur.

ΔΕΙΡ. Δειραδιώτης, ex *Diradia* Atticæ pop. Sponius pop. Atticæ pag. 159.

ΔΕΚ. ΔΕΚΕΜΒΡΙ. Altera Δεκεμβϱίων, apud Murator. p. 1952. n. 4. Altera vero Δεκεμβϱίας, nimirum Kal., apud eundem pag. 1908. n. 2.

ΔΕΜΑΡΧΙΚ. Δημαϱχικῆς, *Tribuniciæ*, Fabrettus p. 685. n. 87.

ΔΕϹΠ. Δεσπότου, *Domini*. In Ticinenſi marmore apud Maffejum p. 82.

ΔΕCΠ̊Π̊. Δεσποτῶν, *Dominorum*. Heſſelius inter marmora Epheſina n. 11.

ΔΗΜΟC. Δημόσια, *publica*. Montfauconius Palæogr. p. 174.

ΔΗ. ΔΗΝΑΡ. Prima Δηνάρια, *denarios*. In Sepulcrali titulo Smyrnæ poſito, atque a Cl. Salvinio exſcripto ab ineditis Sherardi marmoribus; ſic autem ille deſinit.

ΑΠΟΤΕΙΣΕΙ ΤΩ ΝΑΩ ΤΩ
ΣΜΙΡΝΑΙΩΝ ΔΗ ✱ ΑΦ.

*Solvet Templo Smyrneorum denarios* MD.

Ubi uti vides, Denarii & contractis litteris, & ſueta nota indicantur. Altera vero Δηναρίοις ſignificant.

ΔΗΛ. Δηλίου, *Delii*. In marmore Sandvicenſi, quod Clariſ. P. Corſinus Diſſert. VI. illuſtravit.

ΔΙΑΚ. Διάκονος, *Diaconus*. In marmoribus Sherardianis. ΔΙΑΚ. ΓΕΟΡΓΙΣ. pro Γεόργιος, quemadmodum ſequiori tempore dictum eſt Κύρις, loco Κύριος.

ΔΙΔ. Διδύμης, *geminæ* ſcilicet Legionis. Gruterus pag. 425. num. 3.

ΔΙΟΚΛ. Διοκλέους, ſive Διοκλείδου. Cl. Maſſejus in marmore Pariſienſi pag. 94. *Antiquit. Galliæ*.

ΔΙΟΝ. Διονυσίου, vel Διονυσοδώρου. Sponius pop. Atticæ pag. 201.

ΔΙΟΣΚΟΥΡ. Διοσκουρίδου in marmore Riccard. *Faſt. Attic.* Tom. 1. pag. 170. At in Neapolitano lapide Διοσκούρων, vel Διοσκουρίοις, *Caſtoris* nimirum, & *Pollucis*, qui ab Ethnicis Dii navigationi Salutares habiti ſunt: ideoque eos Theocritus in *Idil.* Διόσκ. ἀνθρώπων σωτῆρας *hominum Servatores* appellat. Ex quo factum eſt, ut Nautæ tempeſtates effugere cupientes, in navibus παρασήμῳ Διοσκούρους pro inſigni

ſigni *Caſtorem*, & *Pollucem* ponerent: quemadmodum ex navi Alexandrina, qua S. Paulus Romam vectus eſt, liquet: illi ſiquidem, teſte D. Luca cap. XXVIII. *Act. Apoſtol. erat inſigne Caſtorum*.

Δ. M. Δίις Μάνιβους, *Diis Manibus*. Latinæ voces græcis litteris ſcriptæ. Gruterus pag. 1144. n.10., quemadmodum ſunt iſtæ.

Δ. M. Σ. Δίις Μάνιβους Σάκρυμ. Apud Cl. Fabrettum p. 391. num. 255.

ΔΝϛ. Δϛ. Δηναρίων; *Denariorum* illæ duæ priores litteræ. Tertia vero, nota numeralis, quæ ἐπίσημον κόππα dicitur, & *nonaginta* ſignificat, eſſe videtur. Sequentia Sigla Δηναρίων pariter, *ſex* (inibi enim ἐπίσημον βᾶυ apparet) fortaſſe ſonant: quibus tamen, ut planum fiet ex ipſius Inſcriptionis explicatione, nota hæc ϛ addenda videtur. Marmor Neapolitanum ex *Diario* litteratorum Florentin. Tom. IV. P. III. p. 230.

Μ. ΚΟΚΚΕΙΟΣ ΣΙ . . . . . . .
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ ΚΑΙ . . . . .
ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΤΕΚ . . . .
ΤΙΤΙΩ ΑΚΥΛΕΙΝΩ
ΚΑΙ ΦΛΑΥΙΩ ΚΡΗΣΚΗΤΙ . .
ΤΟΝ ΣΚΥΦΟΝ ΕΚ. ΔΝ ϛ
ΣΥ Δϛ
ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΟΡΣΙ ΚΥΝΑΙΩΝ

*Marcus Coccejus* Σι . . . *Libertus Cæſaris*, *cum ſuis Filiis*, *Titio Aquilino*, *&* *Flavio Creſcentio*, *Scyphum ex denariis nonaginta* conflatum, ΣΥ'ϛομον forte, *Syſtomum*, ut optimè Corſinus p. 17. ratus eſt, ex denariis XCVI. *Diis Frato-*

*toribus*, qui nimirum Curiis, aut Tribubus præſidebant, *dicavit*. Hic inſuper advertit eruditiſſimus idem Pater, characteres illos ⳨, ς. peculiare quoddam Neapolitanorum pondus, vel monetam poſſe indicare, tumque Δ, & ΔΝ. in numerales notas evadere; quarum valor IV. & LIV. exploratus eſt ſatis.

Ƶ. Τϱίων; ſive Τεσσάϱων, καὶ Δέκα; *trium*, vel *quatuor*, & *decem annorum* videlicet. Gudius p. 368. n. 2.

Δ. Τ. Διὶ τῷ. Gruterus pag. 1029. n. 12.

ΧΑΡΙCΤΗΡΙΑ Δ. Τ. ΚΑΠΕΤΩ . . . .

*Munus pro gratiarum actione Jovi Capitolino*. ΚΑΠΕΤΩ enim poſitum arbitror pro Καπιτωλίῳ.

ΔΤ. In Florentino marmore, quod a Cl. Muratorio, aliiſque exponitur.

ΜΗ ΞΑΝΔΙΚΟΥ ΔΤ ΥΠΑΤΙΑ ΟΝΟΡΙΟΥ

*Menſis Xantici* die IV. *ſub Conſulatu Honorii*. Ita doctiſſimus Murator., & P. Corſinus p. 17. Attamen non intelligo, cur prima nota explicata, alteram quæ ex T, & K conſtare videtur, omiſerint. Quare illa Epigraphe ita in latinum vertenda eſt. *Menſe Xantico ſub XIII. Conſulatu Honorii*: qui accidit anno Chriſti 422. Eæ ſiquidem litteræ ut nota una accipiendæ ſunt, voces has Δεκάτῃ Τϱίτῃ referentes. Aut ſi mavis. *Menſis Xantici*, Aprilis nimirum, *die IV. ſub Conſulatu XIII. Honorii*: ſumpta littera K. quæ T ineſt, ſecundum numerabilem Græci Alphabeti ſeriem.



Digitized by Google

## E

E. Πέντε, *quinque*. Quandoque πέμπτος, *quintus*. Aliquando etiam τὸ πέμπτον, *quinto*, *quinta vice*: præſertim ſi articulum τὸ additum habeat; ſic TO E. Boldettus p. 480. hanc exhibet Inſcriptionem.

ΓΟΝΕΙϹΗѠ ΓΛΥΚΥΤΑΤѠ
ΤΙϹ ЄΖΗϹΕΝ ΜΗΝΑЄ Є

*Goneſio dulciſſimo*, *qui* ( τις pro ὅς ) *vixit menſes quinque*. Alium affert lapidem pag. 398.

ΚΡΗϹΚЄΝ
ΤΟϹ ΡΙ ΙЄΚΑ
λαΝѠΝ
ΝΟЄ ξΙΗѠΝ

*Creſcentius Kalendis Novembris*. Ita Cl. Scriptor. At certe certius vertenda Inſcriptio eſt. XV. *Kalen. Novembris*. Idem pag. 488. ΠΟΡΦΥΡΙϹ ЄΤѠΝ ΙΑ ЄΤЄ. Quam Epigraphem reddiderim: *Porphyrius annorum X.*, *&* *quinque*. Alpha illud interpunctionis loco forte poſitum eſt. Aut ſaltem, *Annorum XI. & quinque*, vel Menſium, vel dierum. Niſi legere mavis cum Cl. P. Corſino pag. 22. ЄΤЄλεύτᾳ, ſive ЄΤΕλεύτησεν, *obiit*.

E. Πεντάκις, *quinquies*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 78.

ΝΙ Ε̄ Σ Ε̄
Τ

Νικήσας nimirum E. Στεφανωθεὶς E *Victoriam adeptus quinquies*, *coronatus quinquies*.

E. Ἐτῶν,

E. E'τῶν, *annorum*. Muratorius p. 1298. num. 1.

E. ΕΣ, vel Εἰς, *ad*. Gruterus pag. 212. linea 53.

E. E'ποία, vel E'ποίησεν, *fecit*. Gruterus p. 1136. num. 5. in Epigraphe Statuæ ſubjecta. Quare ſi Statua Votiva fuiſſet E'υχὴν etiam, vel E'τέθην interpretari poſſemus.

E. *Et* In marmore græcis litteris ſcripto apud Muratorium p. 798. num. 5.

E. Apparet nota hæc in eximio marmore apud Gruterum pag. 314. n. 1. plurimas M. Aurelii Aſclepiadis, ſive Hermodori Pancratiaſtæ victorias recenſente, plurimaque Certaminum genera memorante. Eam autem Cl. Scaliger modo *quina*, modo *quinque*, certamina intellige, interpretatur. At Prideauxius E *pentaeterica*, *quinquennalia* nimirum, ſive *majora* exponit. Cl. vero Maffejus, quum animadvertiſſet ludos alios annuos, pentaetericos alios: *explico igitur*, inquit, *utroque loco*; bis namque ea nota in marmore reperitur, Πενταετηρικά *quinquennalia*. Cl. tandem P. Corſinus p. 18. Falconerio duce in *Inſcript. Athleticis n.* 4. advertens in marmore ſcriptum eſſe ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤΑC ΑΘΗΝΑC. E. ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ: per characterem illum non ludorum genus, ac Victoriarum numerum indicari arbitratus eſt: ideoque non *pentaeterica*. ſed *quinquies* vertendum eſſe. En Inſcriptionem ipſam, quemadmodum idem P. Corſinus exhibet, num. ſupradicto.

AKTIA.

ΑΚΤΙΑ. ΕΝ. ΝΕΙΚΟΠΟΛΙ. ΔΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ.
CΤΗCΑC. ΤΟΥC. ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. Ε. ΠΑΝΑ
ΘΗΝΑΙΑ. ΟΛΥΜΠΕΙΑ. ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΑ.
ΑΔΡΙΑΝΙΑ. ΔΙC. ΖΜΥΡΝΑΝ. Ε. ΚΟΙΝΑ
ΑCΙΑC. ΔΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ. CΤΗCΑC. ΤΟΥC.
ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤΑC. ΟΜΟΙΩC. ΕΝ ΖΜΥΡΝΗ.
ΟΛΥΜΠΙΑ. ΚΑΙ. ΑΔΡΙΑΝΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ.
ΠΕΡΓΑΜΟΝ. ΑΥΓΟΥCΤΕΙΑ. ΤΡΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ.
ΕΞΑΡΧΗC. CΤΗCΑC. ΤΟΥC. ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤ.

Quæ a nobis ſic in latinum vertitur . *Actia* . Scilicet ludos , qui in Apollinis honorem habebantur apud Nicopolim , Actio , Epiri Urbi , & promontorio proximam ; *Nicopoli bis* vicit : nimirum in ludis illis , ſeu certaminibus bis victor extitit . *Secundò ſtans contra Adverſarios : quinquies* vicit , *Panathenæa* , quæ ſcilicet quinto quoque anno in Palladis honorem Athenis fiebant . *Olympia* bis , *Panellenia* ſemel : ea nimirum quæ ab univerſis fere Græcis celebrabantur . *Hadriania bis* . Certamina videlicet , quæ ab Athenienſibus in Hadriani Imp. gratiam ob varia ab eodem beneficia accepta inſtituta ſunt , V. Spartian. , & Dion. in Hadrian. *Smyrnæ quinquies* vicit . *Communia Aſiæ bis* : hoc eſt in communibus Aſiæ ludis , qui nempe communibus Aſiæ ſumptibus , cunctiſque illius Urbibus edebantur , bis Victoriam reportavit . *Iterum ſurgens in Adverſarios ſimiliter* , bis nimirum *Smyrnæ* , *Olympia* , & *Hadriania Olympia* ſemel vicit . Hæc autem , niſi falſus ſim , Athenis habita ſunt , poſtquam idem Hadrianus an. Chriſti 128. , Jovis Olympii ædem , & aram ſibi dedicavit . *Pergami Auguſtea* ter vicit . *Secunda vice denuò ſtans contra Adverſa-*

*rios &c.* Verum probabile admodum eſt, & Cl. P. Corſinus non improbat, charactere hoc E. certamina, ſive ludos Ε'τέσια, ſive Ε'νιαύσια *annua* oſtendi.

Є. Ε'νθάδε, *hic*; vel Εκοιμήθη *obdormivit*. Boldettus p.208.

E. Εκ. *Ex*. Muratorius pag. 1715. num. 13.

ΝΕΙΚΗ ΔΩΡΩΘΕΟΥ ΕΜΕΛΙΘΕΩΝ

*Victoria Dorothei ex Melitenſibus*.

ΕΒΔ. Ε'βδόμου; *Septimi*. In marmore Riccardiano apud Cl. Corſinum p. 19.

ΕΓΝΑΤ. Ε'γνάτιον, *Ignatium*. Sponius Itinerar. pag. 17. A. ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΟΡΑ. *Lucium Ignatium Victorem*.

ΕΔ. ΕΙ. ΕΙΔ. Omnia Ε'ιδῶν, *Iduum* ſonant, Reineſius Claſ.XX. n. 375. p. 984. In Cathedra S. Hippolyti apud Grut. p.140. Murat. p. 1844. n. 4.

ΕΔΙ. Sunt Sigla hæc in lapide apud Cl. Gruterum pag. 448. n. 1. in quo fortaſſe ſic eadem ſcripta erant .Η ΔΙ. *Quartadecima* nimirum *Tribus*, hæc namque vox ΦΥΛΗ ea proximè antecedit.

ΕΔΩ. In Muratorio pag. 950. n. 6. At in Cyriaci libro p. 13. n. 96. legitur ΕΔΟΙ. ΟΥ. quare ut in Faſtis Atticis Tom.III. pag. 206. a Cl. Corſino probatur; legendum eſt ΕΞΟΙΟΥ, *ex Oeo* Atticæ pop.

ΕΖ. & ΕΖΗ. Utraque Ε'ζησεν, *vixit*. Gualtherius in Tabulis Siculis p. 44. n. 265. Gruterus p. 680. n. 6.

Ε. Θ. Titulus eſt marmoris Comitis Sandvicenſis, quod erudiſſimus P. Corſinus illuſtravit Diſſert. VI. p. XCVIII. Ea autem Sigla explicari poſſunt, vel Ε'υνοίᾳ Θεῶν. *Benevolentia Deorum*, vel Ε'πιχωρίοις Θεοῖς. *Indigenis Diis*.

ΕΙ ΘΥ. Fortaſſe Ε'ν Ειρήνῃ Θεȣ̃. *In pace Dei*. Margarinus p. 62. n. 1.

EN-

ΕΝΘΑΔΕ ΚΑ
ΤΑΚΙΤΕ ΕΙ ΘΥ
ΜΥΡΙΤΙCCΑ
ΛΟΥΚΙΝΑ ΘΥ
ΓΑΤΕΡ ΦΟΚᾹ
ΤΟ CΕΤΟΝ ΤΡΙ
ΟΝ ΗΜΥCΥ ΧΩ
ΡΙΟΥ ΠΑΠΟΥ ΚΟ
ΜΗ ΤΕΛΕΥΤΑ
ΜΗΝΙ CΕΠΤΕ
ΡΙΟΥ ΙΓ̅

Vitiatam hanc, corruptamque Inſcriptionem ita in latinum transferimus. *Hic jacet in pace Dei Myritiſſa Lucina Filia Phocæ* Τῶν ἐτῶν τρίων legimus *annorum trium cum dimidio*. In ſequentibus mihi aqua hæret. Num *ex pago*, qui dicitur *Papo* ? an *ex Papa Hungariæ Urbe*, ad amnem Marchaltz poſita? Ceterum ea vox ΚΟΜΗ, pro Κώμη, abundare videtur: niſi ſcribi debuerat: Κώματι, ut ſenſus ſit: *veterno moritur menſe Septembri* die XIII.

ΕΙΝΑ. Heſſelius in Appendice Præf. num. 5.

ΔΩΣΕΙ ⁎ Χ
ΕΙΝΑ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ

Disjunctas litteras ſic conjungere debes ΧΕΙΛΙΑ, quod & P. Corſinus pag. 20. viderat. *Dabit denarios mille quingentos*.

ΕΙΣΙΔΩΡ. Ἐισιδώρου, *Iſidori*. Sponius Itiner. p. 51.

ΕΚ. ЄΚΟ. Utraque Ἐκοιμήθη, *requievit*. Prima ſunt in marmore apud Boldettum p. 349.



Digitized by Google

CEYΔIC ЄK ⳩ EN ΘЄѠ ⳩ ЄKAλ MAIѠ
BIKTOPINOYC ⳩ AE ⳩ FE

*Obdormivit*, interpretatur Boldettus, *in Deo* ante V. *Kal. Maii Victorinus*. AE. FE. *Ælia fecit*. Quæ poſtrema grammata Cl. P. Corſinus putat ſonare potius: *Filiæ* vel *Alumnæ*, vel *Animæ Benemerenti*. Ego vero Inſcriptionem expoſuerim *Seudicia* obdormivit &c. *ſuæ*, aut Uxori, aut Filiæ *fecit*. Altera vero Sigla habet Cl. Gorius P. I. p. 51. n. 100.

ΛAYPЄNTIOC
IMHN. Ī. ЄKO
Θ̄. KΛ. IOYNIѠ

Quæ Inſcriptio ab eodem exponitur: *Laurentius fui*. I... *Cl. Junio*. a Cl. verò P. Corſino pag. 20. *Laurentius menſium decem*, vel *menſis I requievit IX. Kalendas Junias*. Attamen, quum Inſcriptio mutila ſit, multumque depravata, verus ex ea exſculpi ſenſus non poteſt; etiamſi ſic eam fueris interpretatus. *Laurentius* annorum X. *Menſium X. obdormivit IX. Kal. Junii*.

ĒKĪ. πέντε ϗ δέκα, *quindecim*. In marmore Ancyrano. Montfauconius Palæogr. p. 159.

IEPE Ē K Ī ANΔPON

Ἱερεεκαιδέκανδρον, Sacerdotem *quindecemvirum Sacris faciundis*.

EKKH. Ἐκ Κηδῶν, ex *Cedis* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 46.

EKKOI. Ἐκ Κοίλης, ex *Cœle* Atticæ pop. Idem Sponius Itiner. pag. 53.

EKT. Ἐκ Τῆς. In marmore Oxonienſi p. 4.

EKT MAΓNHΣIAΣ

Ex

Digitized by Google

*Ex Magneſia*. Ubi Themiſtocles Athenienſis interiit, quum Perſarum Rex hanc ei Urbem in panem dono dediſſet, ut ait Cl. Baudrand p. 400.

EK. E'κ Τῶν. Smithus monum. Palmyr.

EK ΙΔΙΩΝ

*Propriis Sumptibus*, vel *ex ſua pecunia*.

EΛEY. E'λεύθερος, *liber*, *ingenuus*, vel E'λευθέρια, *liberatoria*, nimirum Certamina in Pago Bœotiæ apud Plateas Urbem, qui Eleutheræ dictus eſt; inſtituta poſt celebrem illam victoriam, quam a Perſis Græci reportarunt. Eo ſiquidem in loco, quemadmodum lib. IX. narrat Strabo, *Græcorum copiæ Mardonium ducem cum CCC. Perſarum millibus occidione delerunt. Tunc Eleutherio*, ideſt *Liberatori Jovi templum conſtruxerunt, & certamen gymnicum coronatum deſignavere*; *Eleutheria*, ideſt *Liberatoria*, *ludos ipſos vocitantes: eorumque, qui in prælio obierunt, Sepulcrum publice conſtructum cernitur*. Sponius Miſcell. Sect.X. n. 78. p. 347.

EM. E'μβόλιμος, ſive E'μβολιμαῖος. *Embolimæus menſis*, videlicet *intercalaris*. In marmorea S. Hippolyti Cathedra apud Gruterum p. 140.

EN. E'νεκεν, *propter*. Gruterus p. 1025. n. 10.

EN. E'νθάδε fortaſſe *hic*. Apud Muratorium p. 394. n. 1.

ЄN Θ. E'ν Θεῷ, *In Deo*. Boldettus p. 419.

ЄNI. pro Mηνί, *Menſe* ſcriptum videtur in mutila hac Inſcriptione Aquilejæ poſita, quam Cl. Muratorius p. 1941. n. 5. profert.

THC

THC APABIAC
ЄTωN ΠЄNTЄ 𐅶 ЄTIA Λ
CЄYHPA ΘYΓATЄP ZHNoB
OY MYNON Z AΠO AY
THC THC ΠOΛЄωЄNI λωoY

Atque ita in latinum vertit . . . . *Arabiæ* . . . . . *Annorum quinque* . . . . *Severa Filia vixit* . . . . *Menſes VII. ab ipſius Urbis excidio*. Idem ex Cl. Montfauconio p. 1064. n. 4. ſublatis lacunis omnibus Inſcript. eandem, ut Romæ poſitam hoc pacto latinam fecerat. *Arabiæ annorum quinque Etia L. Severa Filia Zenobii Menſium VII. ex ea ipſa Urbe Niloo*. Cl. Bartolus in *Antiquit. Aquilejæ* num. 385. p. 335. in paucis ab ea interpretatione diſcrepat. Sic enim eam eſt interpretatus. Arabia &c. Vocem ЄTIA omiſit, *ex eadem Civitate Niloa*. Nilopolim Ægypti claram Urbem forte intelligens. Verum, niſi me omnia fallunt, ſic ea reſtituenda, latineque vertenda eſt.

Ἀπὸ τῆς Ἀῤῥαβίας, *Ex Urbe Arabia annorum quinque Etia* Ἀπέθανεν, Λ pro A, ſcriptum fuerat, *mortua eſt*, *Severa* Θυγατέρες *Filiæ Zenobii menſium VII. ex eadem Civitate*, *Menſe Loo*, ſcilicet *Auguſto*.

Eam autem extare Urbem *Arabiæ* nomine, eandemque Emporium eſſe, & Civitatem felicis Arabiæ in Ora Oceani Arabici compertum eſt. Arabes inſuper Macedonum Menſibus, ex quibus *Lous* eſt, fuiſſe uſos, ſatis conſtat. Legeſis Cl. Corſinum p. 21., cui in ultimi explicatione verſiculi aſsentimur.

ЄNOIPN. Ἐν Ἐιρήνῃ, *in pace*. In titulo latini marmoris apud Boldettum p. 369.

EΞAIΘ.

ΕΞΑΙΘ. Ε'ξ Α'ιθαλίδων , ex *Aethalidis* Atticæ pop.. Videſis in ΑΙΘ.

ΕΞΕ. Ε'ξάμηνον, *Semeſtre*, Cyriacus pag. 31. n. 207.

ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝ ΤΑΝ ΔΕΥΤΕΡΑΝ. ΕΞΕ.

Ex quo eos Cives in lapide memoratos *Semeſtre ſecundum* in *Senatoris* munere peregiſſe palam fit.

ΕΞΕΠΙΤΑΓΜ. Donius p. 271. in marmore Florentiæ poſito: Ε'ξ Ε'πιταγῆς, *ex juſſu*: poſtrema namque littera teſtibus Cl. Gorio P. I. pag. 101. n.64., & Cl. Corſino p.22. ſic Ꮶ in lapide ſcripta eſt, quæ certè Ḣ, & C, refert.

ΕΞΟΙ. Ε'ξ Ο'ίου, *ex Oeo*. Forte Caſtellum illud eſt, quod ſupra Alopem, Cygnum, & Opuntem poſitum, ob immanem Terremotum illum, qui univerſæ Græciæ accidit aliquando, totum fuiſſe ſubverſum aſſerit Demetrius Calatianus apud Strabonem lib. I.. Sponius Itiner. p.49.. Legeſis Cl. P. Corſinum p. 22. qui *Oeum* Atticæ pop. adſcribit.

ΕΞΥΣ. Ε'ξουσίας, *poteſtatis* Tribuniciæ nimirum. Donius p.88. n. 73. Claſ. II.

ΕΠΙΕΙΚ. Ε'πιεικίδης, ex *Epiicidis* Atticæ pop. Sponius Itiner. pag. 52.

ΕΠΙϹ & ΕΠΙΣΚ. Ε'πίσκοπος, & Ε'πισκόπου, *Epiſcopus &c.* Cl. Maffejus, & Muratorius p. 1940. n. 3.

ΕΠΙΣΤ. Ε'πιςάτης, *Præfectus*. Gudius pag. 59. n. 1.

ΕΡΓΑ. Ε'ργασε, *fecit*. Reineſius Claſ. II. n. 59. pag. 283.

ΕΡΕΝ. & ΕΡΕΝΝ. Ε'ρέννιον, & Ε'ρέννιος, *Herennius*. Sponius pop. Atticæ p. 130., Marmor Oxon. n. 143. p. 277.

ΕΡΙ. Ε'ρικιεύς, ex *Ericia* Atticæ populo. Idem Sponius pop. Atticæ pag. 79.

Cl.

Digitized by Google



Cl. P. Antonius Maria Lupi S. J. exhibet æneum ſigillum hoc apud Thermenſes Himeræos repertum, quod pro operculo poſitum fuerat fictili cuidam Vaſculo numulis æreis referto quarti, ut ipſe putat, Sæculi. In quo *Epigrammate*, ejus ſunt verba, *pudens*, *fateor*, ***nullum omnino me ſenſum***, *ne remotiſſimum quidem aſſequi*. Hæc ille præ ſua ingenuitate, animique candore. Ceterum ſi characteres illi attente conſiderentur, manifeſtum fiet, primò nulla in eis contineri Sigla; dein hunc illos efficere ſenſum. ЄCΛΑ ЄΛΔЄΙ. *Bona cupis*. Dicitur E'σλα' pro E'σθλα' doricà dialecto, quæ apud Siculos vigebat; & E"λδει, pro E"λδῃ: quod in aliis quoque verbis uſurpari videmus. Equidem dictum illud cum Vaſculo nummorum pleno apprimè congruit. Quid enim homines magis pro bonis habent, quàm poſſidere pecunias multas? quid ardentius cupiunt, quàm poſſeſſas augere? Præclarè Virgilius 3. Æn. v. 56.

> . . . . . *Quid non mortalia pectora cogis*
> *Auri ſacra fames?*

ΕΣΤΙΑΙ. E'ςιαίου, *Eſtiæi*, nomen proprium. Marmor Riccardianum in Faſtis Atticis. Tom. I. pag. 170.

Є$^{T}$. E"τει. *Anno*. Vide in NA.

ET. E'τῶν, *annorum*. Gruterus p. 730. n. 6.

Θ K.
ΗΡΩ
ET. ΜΓ. Μ. Γ.
ΗΜ. ΙΓ.
ΜΗΤΗΡ ΧΑΙΡΕ

*Ero annorum XLIII. Menſium trium, dierum XIII. Mater Salve.*

ЄΤЄ.

ϵTϵ. & ETEA. Utraque Ε'τελεύτησεν, *obiit*. Boldettus p.488. & Sponius Miſcell. Sect. X. n. 28.

ΕΥΔΑΙΜ. Ε'υδαίμονος, *felicis Comneni* nimirum *Imperatoris*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 126.

ΕΥΗΓΕΝ̄. Ε'υηγενοῦς, *Clari*, *nobilis*. Muratorius p.1940. n.3. marmor Palmyræ poſitum exhibet.

ΕΠΙ ΣΕΡΓΙȣ ΕΠΙΣΚο Τȣ ΕΥΗΓΕΝ̄
ΜΑΡωΝΙȣ. Τȣ ΧωΡΕΠΙΣΚο

Quod in Anglicis Tranſactionibus philoſophicis teſte P. Corſino p. 23. ſic latine redditur. *Sub Sergio Epiſcopo Cognato*, *Maron Chorepiſcopus*. Quæ quidem interpretatio marmor ipſum vel leviter conſiderantibus arridere minimè poteſt. Quare illud ſic in latinum vertendum eſt. *Sub Sergio Epiſcopo claro*, *Maroniæ*, ſive *Maroneo Chorepiſcopo*. Nec nobis ſcrupulum injicere debet, quod dicitur in expoſita Inſcriptione, Sergium videlicet Epiſcopum fuiſſe, pariterque Chorepiſcopum Maroniæ. Etenim ex Chorepiſcopis, non pauci ſaltem erant etiam Epiſcopi; ut ex Concilio Antiocheno anno Chriſti 314. habito colligitur apertiſſimè. Inquit enim Canone X. *Qui in Vicis*, *vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur*, *quamvis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint*, *&* *ut Epiſcopi conſecrati ſint*; *tamen S. Synodo placuit*, *ut modum proprium recognoſcant*, *ut gubernent ſibi ſubjectas Eccleſias*; *earumque moderamine*, *curaque contenti ſint*. *Ordinent etiam Lectores*, *&* *Subdiaconos*, *atque Exorciſtas*, *quibus promotiones iſtæ ſufficiant*. *Nec Presbyterum vero*, *nec Diaconum audeant ordinare*, *præter Civitatis Epiſcopum*, *cui ipſe cum poſſeſſione ſubjectus eſt*. *Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentaverit*, *depoſi-*

*tus*, *quo utebatur honore*, *privetur*. *Chorepiſcopum vero Civitatis Epiſcopus ordinet*, *cui ille ſubjectus eſt*.

ЄΥΘΜ. Ε'υθύμῳ fortaſſe *qui bono*, *hilarique eſt animo*, vel Ε'υθυμία nomen proprium Mulieris. Boldettus pag. 387.

ΝΙΚΑΝΔΡѠ ЄΜΟΤλΗ
ΚΥΤΑΤѠ ΑΝΔΡΙЄΥΘΜ.

*Nicandro meo dulciſſimo viro alacri*, aut: *Nicandro meo dulciſſimo viro Euthymia* poſui.

ΕΥΟ. Ε'υόδιος, *Evodius*. Gruterus pag. 1042. n. 11.

ΕΥΠΥ. Ε'υπυρίδης, ex *Eupyridis*. Atticæ pop. Sponius Itiner. pag. 49.

ΕΥΣ. Ε'υσεβῆ, *Pium* Antoninum ſcilicet Imper. Sponius Itiner. p. 118.

ΕΥΣ. Χ. Ε'υσεβίας χάριν, *pietatis gratia*. Gruterus pag. 870. n. 1. At revera ea Sigla in marmore non ſunt, ut videre licet apud Muratorium idem marmor exhibentem p. 1027. num. 1.

ΕΥΧΑ. Ε'υχαρίδου, *Eucharidi*. Sponius Atticæ pop. p. 201.

ΕΧΠΛΩΡ. Ε'ξπλωρατόρων. *Exploratorum* Gruterus p. 458. n. 1.

ΕΧΤΟ. Ε'χωρήσατο, *recepta fuit*. Muratorius pag. 394. n. 1. marmor hoc Mediolani poſitum.

ΚΑΠΙΤΟΛΙΝΙΑ
ΖΗΣΑΣΑ ΗΤΗ ΚΗ
ΕΝ ΚΙΤΕΣΙ ΣΙΛΟΥ
ΑΝΟΥ ΥΠΑΤΕΙΑ ΕΥΓΕ
ΝΙΟΥ ΤΟΥΤΟ ΕΧΤΟ

Interpretatur ſic: *Capitolinia*, *quæ vixit annos XXVIII. in Ædibus Sylvani*. *Conſulatu Eugenii*. *Hoc* . . . . Cl. vero

ro

ro P. Corſinus pag. 23. *in Sepulcretis Sylvani Conſulatu Eugenii ſibi monimentum hoc* Ἐχώσατο *conſtruxit*. Aliam ibidem profert interpretationem, ingenioſam quidem, ſed non ad marmoris veritatem. Mihi vero marmor illud ita exponendum videtur. *Capitolina quum vixiſſet an. XXVIII. in Sepulcretis Sylvani, Conſulatu Eugenii hoc recepta fuit* monimento. In Tabulis chronologicis Romanorum Conſulum Eugenium Coſ. nunquam legi.

ϛ

5. NOta hæc numeralis, quæ *Sextum* numerum repræſentat, alias figuras tres præſefert in marmoribus: ſcilicet C. F. S. Prima identidem conſpicitur in lapidibus græcis. Altera vero quæ Æolicum digamma appellatur, quod ſciam, vix reperitur; quamvis eadem figura in formam hanc mutata Ⅎ uſi quandoque ſint latini pro littera V conſonante; quemadmodum ex Inſcriptione hac, quæ olim Romæ ad Templum S. Luciæ vulgo *della Chiavica* extabat, clarum fit.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAESAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COS. III. XV.
CENSOR. PP.
AVCTIS POPVLI ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIAℲIT. TERMINAℲITQ.



Digitized by Google

Notæ hæ XV. numerales ad latus marmoris ſculptæ , fortaſſe Pomerii ampliati ab eodem Claudio ſignificant lapidem : cui etiam hujus Ⅎ litteræ inventio tribuitur . Tertia Ἐπισήμου Βαῦ forma , quæ vere S latinum eſt in nummis quidem græcis aliquando , ſed rariſſimè in marmoribus conſpicitur . Cl. Boldettus p. 547.

ΤΗΓΛΥΚΥΤΑΤ
ΘΥΤΑΤ ΚΡΙCΠΙΝ
ЄΤѠΝ S. CΤΡΑΤ
ΚΑΤΑΚΥΛΙΝΑ
ΑΝЄΘΗΚΑΝ

Quam corruptam vitiatamque Inſcript. idem ita expoſuit. *Dulciſſimæ Filiæ Criſpinæ annorum ſeptem Strateus* , *&* *Aquilina poſuerunt* . At in uno falſus eſt , quum omnino vertendum fuerat *annorum ſex*.

Ceterum forma hæc ς. reliquis frequentior eſt in marmoribus , ut videre licet apud Grut. pag. 1091. num. 10. & Fabrettum pag.144. num.163. , alioſque Scriptores. Eam inſuper figuram ſibi aliquando vindicavere latini . Cl. P. Lupi pag. 82.

MAPTVRA QVI VIXIT
ANNIS OCTO ET MENSIS
ςIII XλC SEI
SEPTE BENEMERINTI
IN PACE
☧

Tertium verſiculum ſic legendum cenſuit idem doctiſſimus Pater *Nono Kal. Septembris*. At perſpicuè fallitur : eæ ſiquidem

dem numerales notæ ad verſum ſuperiorem ſpectant, ideoque legendum omnino eſt : *Menſes novem Decimo Calend. Septembris* . Illud quippe ϟ interpunctionis genus eſt, ut apud eundem reperire licet p. 42. C. vero ſubſequens pro *Kal.* poſitum eſt, quod vocabulum, Priſciano teſte, recte ſcribitur etiam littera hac C. . Conſule Cl. Gorium Par. I. pag. 168. num. 134. aliud ea ſuper re exemplar afferentem.

ξ. ς̄. Utraque τὸ Ε῞κτον, *ſextò*, *ſexta vice*. Sponius Itiner. pag. 124. Muratorius p. 370. n. 3.

ς. Ε῾ξάκις, *ſexies*. Marmor Oxonien. n. 3. p. 70. Vide in H.

ς̄. ς̄. Ε῾ξάκις χίλια, *ſex millia* . Ita in marmore Cryptoferratenſi (1). Atque in Muratorio pag. 268. n. 3. At verius in utroque *ſex milleſimo* ſonant.

ς. Interpunctionis ſignum eſſe putavit Cl. P. Corſinus pag. 24. in lapide, quem doctiſſimus Montfauconius refert Palæogr. pag. 174. Verum quum ea Inſcriptio ſua conſueta habeat puncta, ut videre licet apud eundem P. Corſinum p. 32., notaque illa ſupra contracta verba poſita ſit, vel ipſius Inſcript. ornamentum, vel compendii ſignum eſſe videtur.

Z. Ε῾πτά;

(1) *In Diſſertat. de Tuſculano num. III.*

Z

Z. Ἑπτὰ, *Septem*. Cl. Boldettus pag. 392.

ΙΟΥΛ. ΚΑΛΛΙΜΟΡΦΟϹ. ΙΟΥΝΑ
ΑΓΑΘΗΙΟΥΛΙѠΘΕ. ΟΔѠΡѠ
Ο ΚΑΙ ΕΥΓΑΜΙϹ Ι ΔΙѠ
ΤΕΚΝѠ ΓΑΥΚΥΤΑ
ΤѠ ΓΟ. ΝΙϹ ΕΠ
ΟΙΗϹΑΝ ΜΝΗΜ ΗϹ
ΕΖΗϹΕ ΝΕΤΕ ΙΖ. ΜΖ Q

Quam depravatam admodum Inſcriptionem ſic idem Scriptor in latinum tranſtulit. *Julius formoſiſſimus Junia bona Julio Theodoro, qui & feliciter nupti proprio Filio dulciſſimo Parentes fecerunt ad memoriam. Vixit annos XLVII.* Attamen veritati propius ſic eam latinam feceris. *Julius formoſus, Julia Agatha, Julio Theodoro, qui & Eugamis* appellabatur, *Filio ſuo dulciſſimo Parentes fecerunt memoriæ* gratia. *Vixit annos XVII. menſes ſeptem*. Leicchius in *Emendat. ad græcas Murat. Inſcript.* p. 77.

Λ. Ζ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ

*Anno ſeptimo Adriani Cæſaris*. Ea ſiquidem Sigla, etiam in græcis nummis ita expreſſa L non raro conſpicitur. Quare

Z. Ἕβδομος, *Septimus* etiam ſonat. Illud vero Λ. ſive L. Λυκάβαντος, *anno*.

Z̄. Τὸ ἕβδομον, *ſeptimo*, *ſeptima vice*. Sponius Itiner. p. 124.

Z. pro Ƶ ſive Ξ *ſexaginta*. Apud Muratorium p. 1165. n. 10. Equidem characterem illum Ƶ loco tu Ξ alibi etiam, & præ-

Digitized by Google

præſertim in gemmis Baſilidianorum ſæpenumero occurrere monuimus in noſtra Palæogr. pag. 20.

Z. Ἑπτά Χίλια, *ſeptem millia*. In marmore Oxonienſi p. 93.

Z. Ζήσαντι, *qui vixit*. Muratorius pag. 1149. n. 10., & Maſſejus *de Siglis* pag. 53.

ΞH. Ζῶν, *vivens*. Sponius Itiner. pag. 132. Hæc autem forma Ξ pro Z non raro in antiquis lapidibus, & nummis conſpicitur.

ZH. Ζῶσα, *viva*. Idem Sponius in Miſcell. Sect. X. num. 33. pag. 339.

ΖΗΣΑΣΑ ΕΤΗ ΖΚ
ΜΗΤΗΡ ΤΥΡΑΝΝΙΣ ΖΗ

*Quum vixerit annos XXVII.* Mater Tyrannis *viva* fecit.

ZHI. Ζώσῃ, *vivæ* ſignificare videtur apud eundem Sponium, Itiner. pag. 133.

ZHΣAN. Ζήσαντι, *qui vixit*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 117.

ΘΕΟΙΣ ΗΡΩΣΙΝ
Α ΜΙΝΙΚΙΩ ΑΝΘΙΜΙΑΝΩ ΤΕΚΝΩ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΚΑΙ ΘΕΩ ΙΔΙΩ ΕΠΗΚΟΩ
ΖΗCΑΝ ΕΤΗ Δ. ΜΗΝΑC Ε. Η. Κ.

Hanc autem Inſcriptionem ſic in latinum verterem. *Diis Heroibus. Aurelio Minicio Anthimiano Filio dulciſſimo, & Deo proprio propitio.* Vix ad credendum adducor, in ultimis ſecundæ lineæ vocibus nomina alia, vel agnomina ejuſdem *Minicii*, vel alterius contineri; quare ad Inſcriptionis titulum voces illæ attinere videntur. *Qui vixit annos IV. Menſes V. dies XX.*

ZC. Εἴκοσι πέντε, *viginti quinque*. In quadam marmorea Inſcri-

Inſcriptione prope Theſſalonicam poſita, ut refert Gruterus pag. 781. num. 3.

ΕΥΤΥΧΗΣ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ
ΤΗ ΣΥΜΒΙΩ. ΚΑΙ ΚΥΡΙΑ
ΜΕΙΑΣ. ΧΑΡΙΝ. ΕΤΟΥΣ. ΖϹ.

*Eutyches Stratonice Conjugi*, & *Dominæ*, *memoriæ* gratiâ. *Anno* ætatis ejus XXV.

Iſte C quippe character, ſi ſecundum litterarum græcarum ſeriem acceperis, ut accipiendum arbitror, dabit an. XVIII. quibus adde Z. ſeptem nimirum, & exurget numerus XXV. Alioquin habebis in eo marmore annos CCVII. At quæſo, cujus erunt? niſi cum Cl. P. Corſino pag. 25. dixeris, ad quandam Theſſalonicenſium Æram nobis adhuc incognitam eos ſpectare, vel notas illas numerales ſic corrigendas eſſe ZO., ut ætas Stratonices ad annos LXXVII. ducatur.

## H

H̅. H. Ὀκτὼ, *Octo*, & ὄγδοος, *Octavus*. Muratorius pag. 1143. num. 8.

Θ. K.

ΚΑΙΝΙΔΙ ΘΥΓΑΤΡΙ ΖΙϹΑΝΤΙ ΕΤΗ
Β̅. Μ. Η̅. ΗΚΕΡΗ ΜΑΝΘΟϹ ΚΑΙ ϹѠ
ΡΙΑ ΕΠΟΙΗϹΑΝ ΜΝΗΜΗϹ ΧΑΡΙΝ

*Cænidi Filiæ*, *quæ vixit annis II. menſibus VIII. Eceræ Manthos*, & *Soria fecerunt memoriæ causâ*. At vox hæc ΗΚΕΡΗ reſcribenda videtur ΗΜΕΡ. Η. ideſt *Dies octo*; quod jam viderat Cl. P. Corſinus p. 26.

H̅. H.

H. H. Τὸ ὄγδοον, *octavo*. Gruterus p. 1052. n. 6., & Fabrettus pag. 685. num. 87. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΤΟ. Η. *Imperatorem octavo*.

H. Ε'κατὸν, *centum*. In marmore Sandvicenſi, & aliis non paucis lapidibus. Cl. Corſinus Diſſert. VI. pag. C. ΣΥΡΙΟΙ ΧΧΗΗΗ. *Syrii* dederunt drachmas MMCCC.

H. Η'μέρας, *dies*. Gudius pag. 348. num. 11. Romæ marmor poſitum profert.

Θ. Κ.
ΣΑΠΡΙΚΙΩ ΤΡΕΠΤΩ
ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΤΗ
F. M ○ $\overline{\Sigma}$Ζ
Η ΚΔ

*Interpretor*, ait hîc p. 26. eruditiſſimus P. Corſinus, Ε'τη Γ. Μῆνας Ζ. Η'μέρας ΚΔ. *Etenim character* F in Γ *refingendus eſſe videtur*; Aſt ego marmor ita expoſuerim. *Sapricio Alumno* Τρεπτῷ pro Θρεπτῷ ſcriptum videtur, *qui vixit annos ſex, menſes ſeptem, dies XXIV*. Hæc F ſiquidem nota eſt digamma Æolicum ſextum numerum repræſentans. Iſte vero character $\overline{\Sigma}$ ultima littera eſt vocabuli hujus Μῆνας. Ea autem rotunda figura in marmoris medio collocata, quid aliud ſignificare poteſt, quam animulæ *Sapricii* æternitatem?

H. Η'μερῶν, *dierum*. Muratorius p. 1860. n. 9.

ΤΕΛΕΤΑΙ ΕΤΩΝ
$\overline{\text{ΙΒ}}$. $\overline{\text{Η}}$. $\overline{\text{ΙΒ}}$. ΠΡΟΓ. ΝΩΝ. ΑΥΓ.

*Moritur annorum XII. dierum XII.* Tertio *nonas Auguſti*.

L Η. Ḣ.

Digitized by Google

H. H̃. H̃. H. Singula Ἡμέρας, *dies* ſignificant. P. Cl. Lupi pag. 37. Gruterus p. 968. n. 7. Boldettus p. 405., & Fabrettus p. 755. n. 614. Gruterus in loco nuper citato.

EZHCEN ETH ꟻ ※ N

*Legendum arbitror* : vixit annos XXI. dies XIII. *ut nempe littera, ſive character* Y *juxta græcarum litterarum ſeriem viginti ac unum ſignificet, & character* N, *qui tertius ac decimus ordine reperitur, tredecim*. Hæc Cl. P. Corſinus pag. 26. At perſpicue fallitur: littera ſiquidem Y ſecundum græcarum litterarum ſeriem *viginti* tantummodo deſignat: quare vertendum latine eſt. Vixit annos XX.

HΓEMO. Ἡγεμόνι. *Rectori*, ſive *Duci*. Gruterus p. 458. n. 1.

HZHC. Ἔζησεν, *vixit*. Muratorius pag. 393. num. 7.

H̅H̅. ϩιοιν. Egregie P. Corſinus, ut aſſolet pag. 26. EN H HꞮIOYN, hoc eſt ἐν ῇ ἠξίουν, *in qua æquum cenſebant*: interpretatur. Sunt ea Sigla apud Gruterum p. 1105. n. 3. etenim, ut idem Cl. Scriptor notat, in aliis quoque marmoribus reperitur littera Ξ ita expreſſa Ꞁ quemadmodum in illo, quod Cl. Gorius diligentiſſimè expoſuit Part. I. p. 22. n. 41., ubi legitur AΛЄꞮANΔPЄYC.

HHCω. Sphalma potius Scalptoris crediderim, quàm Sigla, hoc pacto corrigendum: HTω. *ſit*. Habet Cl. Muratorius pag. 1964. num. 9.

ꟻM. Ἡμετέρου, ſive ἡμῶν, *noſtrum*. In Ticinenſi marmore apud Cl. Maffejum.

HM. HME. HMEP. HMHP. Prima, & altera ἡμέρας; tertia ἡμέρας: ultima ἡμερῶν ſonant. Muratorius p. 1656. n. 14. Fabrettus p. 591. n. 203. Grut. p. 634. n. 1. Fabrettus 591.

ETΩN B. MHN. Z. HMHP. IΘ.

*Annorum II. Menſium VII. Dierum XIX.*

HPA.

HPA. Ἡρακλεουπόλεως, *Heracleopoleos*, magnæ videlicet, ut ex ipſa Inſcript. colligitur, apud Marangonium in *Appendice* p. 73., Teſte ſiquidem Ptolemæo duplex Heracleopolis in Ægypto exiſtebat, altera μικρὰ parva, Ἡρακλέους πόλις μεγάλη *Herculis Civitas magna* altera nuncupata.

ꟷTς. Habetur in marmore Oxonienſi num. 3. pag. 70.

ΣΜΥΡΝΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑ ꟷΤ ς

In iis explicandis Siglis multi multa dicunt, ſed revera omnibus aqua hæret. Sponius Sect. X. n. 113. latine reddidit. *Smyrnæ Olympia octies* primam figuram pro H accipiens, alteram omittens. Corſinus pag. 27. per ea peculiaria quædam Olympia HTTONA, *minora* videlicet, & per characterem hunc ς. victoriarum numerum ſignificari putavit. Contra vero Prideauxius Olympia quinquennalia Smyrnæ bina fuiſſe, eademque in marmore indicari Siglis illis ſuſpicatur. Mihi vero ſi liceret

. . . . . *Argutos ſi inter ſtrepere Anſer olores*,

ſic ea expoſuerim ΕΤΕΙ ΕΚΤΩ. *Anno ſexto*. Videlicet, ne Olympia, quæ Smyrnæ agebantur; in ea quæ apud Olympiam Elidis Urbem quinto quoque anno ineunte celebrabantur, inciderent, Smyrnenſes decrevere, ut ea non quinto, ſed *ſexto anno* haberentur.

L 2 Θ. Ἐν-

Θ

Θ. Ἐννέα, *novem*. Boldettus pag. 390.

ΑΠΕΓΕΝΕΤΟ ΑΦΡΟΔΙCIS ZHCAS ΕΤΗ III ΜΗΝΑC Θ
ΗΜΕΡΑC. Κ. ΜΗ ΛΥΡΟΥ ΤΕΚΝΟΝ ΟΥ ΛΙCAO
ΝΑΤΟC

*Deceſſit Aphrodiſis, qui vixit annos tres, menſes novem, dies XX. Ne contriſteris fili, non oblivioni traderis natus.* Idem Cl. Scriptor. Verum ultima ſecundæ lineæ verba hoc pacto reformanda ſunt: ΟΥΔΙC ΑΘΑΝΑΤΟC. *Nemo immortalis*: Quod equidem dictum in aliis quoque lapidibus licet invenire. Eadem nota Θ eſt etiam aliquando Ἔνvατος, *nonus*, Cl. P. Lupi pag. 102.

ΕΠΑΥCΑΤΟ ΖΩCΙΜΟC ☧ Υ
VΝ ΙΘ ΤΗ ΠΡΟ Δ ΚΑλ
ΤΕΜΒΡΙѠΝ ΗΜΕΡΑ ΔΙΟC
ϭ

*Requievit Zoſimus* in pace *Chriſti*, ut idem doctiſſimus Pater animadvertit *annorum XIX. die quarta ante Kalendas Septembres, die Jovis*. Legimus quoque apud Gruterum pag. 211. ΤΟΥ Θ ΚΛΑΡΟΥ. *Nonæ ſortis*.

Θ. Τὸ ἔνvατον, *nono*, vel *nona vice*. Sponius Miſcell. Sect. X. num. 93. pag. 353.

Θ. Χίλια, *mille*. Gruterus pag. 896. n. 10., quæ tamen interpretatio valde mihi ſuſpecta eſt. Videſis lit. Ψ.

Θ. Θήκατο, pro ἐθήκατο, *poſuit*. Muratorius pag. 1451. num. 8.

Θ. ΘΥΓΑΤΕΡ. Altera Θυγάτηρ, *Filia*, altera vero θυγατέρες,

*ρες*, *Filiæ* ſonant. Lege Murator. pag. 164. n. 3., & lapidem quem dedimus in ЄNI.

Θ. *Θανόντα*, *mortuum*. Gruterus pag. 1146. n. 2. De ea autem littera hæc habet Cl. Maffejus p. 54. *De Siglis*. *Quum nominibus adjicitur in Epitaphiis latinis*, *idem valet*, *ac θανὼν mortuus*: *in græcis non vidi*. Equidem characterem illum *θάνατον* ſignificare, atque apud Murator. pag. 1855. num. 10. ſic expreſſum fuiſſe ϑ, ubi *θανῦσα* mortua ſonat: apud omnes certum eſt.

Θ. Θ, Θεά, *Dea*. Donius pag. 8. num. 10.

Θ. ΙΣΙΣ ΧΑΙΡΕ
Λ. ΙΟΥΛ. ΠΑΣΙΝΕΙΚΟΣ

*Dea Iſis*, *ſalve*. *L. Julius Paſinicus*. Altera Θεῷ. Boldettus p. 419. ΙΑΝΟΥΑΡΙΑ ЄΝ Θ. *Januaria in Deo*.

ΘΕ. Θεοῖς, *Diis inferis* nimirum. Muratorius p. 1010. n. 6.

ΘΕ. Θεοῖς Ἐπικουρίοις *Diis Juvantibus*, ut optime eſt interpretatus Cl. Maffejus pag. 54. Sunt ea Sigla in Oxonienſis marmoris titulo XIII. pag. 295. in *Appendice* explicate habentur in Gruteri marmore p. 68. n. 6.

ΘΕΑΜΑ. Muratorius pag. 2019. num. 3.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΘΕΑΜΑ. ΤΙΒ. ΚΛ.
ΚΑΙΡΗΜΩΝ
ΚΑΙ ΤΙΒ. ΚΛ. ΑΥ
ΡΗΛΙΑΝΟΣ ΑΡΧΕ
ΛΑΟΣ ΧΑΡΙΣΤΗ
ΡΙΟΝ

Hoc idem marmor dederat jam Murator. pag. 645. num. 2.
cum

Digitized by Google

cum Bimardi verſione hac . *Quod felix , fauſtumque ſit . Spectaculum Tiberius Claudius Chæremon , & Tiberius Claudius Aurelianus Archelaus in gratiarum actionem* . At Cl. P. Corſinus pag. 29. vocem ϴΕΑΜΑ mutilam eſſe, verumque Deæ nomen hoc ϴΕΑ ΜΑΓΑΡΣΙΔΙ , *Palladi* videlicet in ea deliteſcere arbitratur. Titulum vero ΑΓΑϴΗΙ ΤΙΧΗΙ ſolemnem quidem formulam , aut fortunæ , bonique facti mentionem exprimere cenſet; non vero Numen , cui gratiæ voto ſuſcepto referantur. Quæ quidem, tanti viri pace dictum ſit , a nobis minime probari poſſunt . Satis enim conſtat Fortunam ab antiquis Deam fuiſſe creditam , Romæque Fortem Fortunam trans tiberim ædem habuiſſe, quemadmodum & Malæ Fortunæ aram fuiſſe in Eſquiliis teſte Tullio *de Nat. Deor. III.* 24. Quin animadvertit Plutarchus de Fort. Rom. pag. 20. 318. Romanos plus Fortunæ , quam Virtuti tribuiſſe ; quum illi jam Ancus Rex Templum ſtatuerit. Virtuti ſerò Scipio Numantinus.

Nec minus apud Græcos eam cultam fuiſſe, Templumque in Epiro habuiſſe tradit Ælianus lib. XII c. 30. de *Animal. Nat.* Quare, quum Ludis, & Spectaculis placari Deos, ipſiſque per ea quid gratum fieri crediderint antiqui ; nemini dubium erit , quin in allata Inſcriptione Spectaculi mentio fiat, Deæ Fortunæ in gratiarum actionem celebrati. Itaque ſic ea latina facienda eſt.

*Bonæ Fortunæ*

*Spectaculum* ediderunt *Tiberius Claudius* , *Chæremon* , *& Tiberius Claudius Aurelianus Archelaus in gratiarum actionem* .

Θ. Η. Θεοῖς Ἥρωσιν, *Diis Heroibus*. In titulo græci marmoris apud Gruterum pag. 973. n. 2. Quæ ſane interpretatio

ex

ex alio marmore Smyrnæ poſito a Reineſio Claſ. XII. n.132. p. 694. relato, firmari poteſt; ubi apertiſſime ſcriptum eſt Θεοῖς Ἥρωσιν. Vide in ΖΗΣΑΝ. Verum interpretationi Cl. P. Corſini p. 29. nimirum *Diis*, *&* *Heroibus* non aſſentior. Heroas ſiquidem propter merita, & virtutem in Deos relatos fuiſſe, Deoſque minorum gentium vocatos ab Horatio *Od.* III. 3. 9. & Ovidio *in Ibin.* v. 79. diſcimus.

Θ. Μ. Θεοῖς Μάνιβους, *Diis Manibus*. Muratorius pag. 1486. num. 10.

ΘЄΟΘ. Θεόθεν, *Divinitus*. In Oxonienſi marmore num. 35. p. 306. apud Cl. P. Corſinum in *Addendis* p. 87.

ΤѠΝ ΑΓ. . . . . ΙΗ ΘЄΟΘΟΡΠΡѠΝ

Ubi ille ait *legendum*, *ſupplendumque putavi*. Τῶν ἁγίων ΡΙΗ Θεόθεν ὁρισάντων πατρῶν. Optime id quidem, ſi loco illius litteræ Ρ, quæ *centum* tantummodo ſignificat; poſuiſſet characterem hunc Τ, qui *tercentum* ſonat. Etenim, ut idem recte novit, Patres Nicæni Concilii CCCXVIII. fuere. *Sanctorum* 318. *Patrum*, *qui divinitus definierunt*.

ΘΕΟΦΑΝΕΣΤ. Θεοφανεςάτου, *divinitus manifeſtati*. Muratorius p. 1979. n. 5.

ΘΕΟΦΙΛΕC. Θεοφιλεςάτου, *plurimum a Deo amati Uranii* videlicet, apud Montfauconium Palæogr. p. 174.

ΘΚ. ΘΚΟΥ. ΘΚΟΝ. Omnia in marmore Oxonienſi pag. 307. atque in ejuſdem *Appendice* n. 33. pag. 306. Prima Θεοτόκος, *Deipara*, altera Θεοτόκου, tertia Θεοτόκον ſonant. Quæ quidem vox a Sacris Scriptoribus frequentiſſime uſurpatur; ut Neſtorium, opinor, contrairent, qui ut Vincentius Lirinenſis notavit, impie aſſeverabat SS. Mariam ſemper Virginem non Θεοτόκον, ſed Χριςοτόκον eſſe dicendam, quia ſcilicet ex ea, non ille Chriſtus, qui vere Deus,

at

Digitized by Google

at ille, qui erat homo, natus eſſet. Merito tamen a Concilio Epheſino A. D. 431. celebrato ſub Cœleſtino Pontifice damnatus eſt, & in Oaſim famoſiſſimum exilii locum Theodoſii Imp. decreto deportatus. Ubi ſacrilega lingua vermibus exeſa, totoque computreſcente corpore, dignas ob immutatam Deiparæ dignitatem pœnas perſolvit.

Θ. Κ. ΘΚΑ. ΘΚΑΤ. ΘΚΥ. ΘC. ΚΑ. ΘΚ. Χ. Singula idem valent, ac Θεοῖς Καταχθονίοις. *Diis inferis*, ſive *Diis Manibus*. Formula in græcis lapidibus frequentiſſima, quemadmodum hæc D. M. apud latinos. Vide §. IX. pag. 59. *noſtri Commentarii græc. Pronunc.* de illius formulæ ſenſu. Ea autem Sigla invenies paſſim apud Cl. Muratorium. Gruter. Gualtherium, alioſque Scriptores.

ΘC. ΘΥ. ΘΩ. Prima Θεὸς *Deus*, altera Θεοῦ, tertia Θεῷ ſonant. Illa habet Cl. Maffejus p. 55. Altera Gruter. p 1048. Ultima Muratorius p. 1860. n. 12.

ΘΕCΤρΙΚ. Θεοςηρίκτου. *Theoſtericti* nomen proprium. Vide in ΝΑ.

ΘΥ. ΘΥΤΡΙ. ΘΥΤΑΤ. Prima Θυγατρὸς Filiæ apud Sponium pop. Atticæ pag. 105. Reliqua idem ſunt, atque Θυγατρί, apud Muratorium p. 1920. n. 2., & Boldettum p. 547.

I. Εἷς

I

I. Eἷς, *unus*. Montfauconius Diar. Ital. c. 21. p. 315. Epitaphium profert Theodori Conſulis, & Ducis, qui in eo vixiſſe dicitur ETHIKAIM *annos quinquaginta*, ut ipſe explicat, at cum Maffejo ea ſigla reddenda ſunt *unum*, *&* *quadraginta*. Character ſiquidem hic I pro *uno* latinorum more in eo Epitaphio uſurpatur, quemadmodum fit in hac latina Inſcriptione græcis litteris exarata.

Ϙ ΓЄΜCλλΟ. ΒΞΝЄ. ΜΕΡϚΝ. ΤΙ. ΒΙϚΙΤ ΑΝΟS ΧL. ΚΟVΝ. ΚΟ. ΖΟy. ΤЄ COy. Α. ΑΝ. ΝΙC VIIII Ϙ ΖΟyΛΙ. Α.

Cujus ſenſus eſt. *Gemello Benemerenti*, qui *vixit annos* XL. *Cum Conjuge ſua annos* IX. *Julia* fecit.

Equidem ſi *quinquageſimus* annus Theodori Conſulis exprimendus erat, non I, ȣ M. uti optime notavit Cl. Pater Corſinus p. 30., ſed L ſecundum latinos, aut N. ut aſſolent Græci, ſculptum fuiſſet.

I. Δέκα, *decem*. Frequentior hic valor illi numerali notæ ineſt, præſertim cum aliis ſic conjungitur: IB. IΓ. &c. Boldettus pag. 365.

CЄΡΗΝΙλλΑ ΠΑΡΘЄΝΟC
ΖΗCΑCΑ ЄΝΙΑΥΤοΝ ΚΑΙ λλΙΝΑCΙ
ЄΝΘΑΔЄ ΚЄΙΤЄ ЄΝ. Ι. ΡΗ\Η ΤΗ ΤΙΡΟΙ ΚΑL ΙΑΝ.

*Serenilla Virgo*, *quæ vixit annum unum*, *&* *menſem unum*, *intus jacet in pace*. *Pridie Kal. Januarias*. Sic idem Cl. Auctor. At in ea interpretatione ob inconditos characteres dupliciter lapſus eſt; & quod reddidit latine: *Menſem*

*unum*, quum *menſes* X. omnino vertendum fuerat. Quamvis enim nota hæc I etiam *unum* ſignificet, ut ſupra dicebamus, tamen voce hac Μῆνας, *menſes*, quæ eam notam præcedit ad denarium numerum redigitur. Et quod Syllabas has TIPOI in latinum tranſtulit *Pridie*, quum reſtituere debeamus hoc pacto ΠΡΟ I. Scilicet *ante diem decimum Kal. Januar.* vel *decimo Kal. Jan.*

I. Δέκατος, *decimus*. Gruterus pag. 210. ΤΟΥ. I. ΚΛΑΡΟΥ. *Decimæ ſortis*.

I. Τὸ δέκατον, *decimo*, *decima vice*. Append. Marm. Oxon. pag. 293. num. 9.

I. Καὶ, *et*. Cl. P. Corſinus pag. 31. in lapide hoc, quem Muratorius pag. 1219. n. 3. refert exponitque.

Θ. K.
ΚΑΛΗ ΧΡΗCΤΗ Ε
ΖΗCΕ ΕΤΗ. Κ. ΜΗΝ. Γ
ΗΜΕΡ. ΙΑ. ΕΥΓΑΜΙΟΝ
Ι CΥΜΦΕΡΟΥCΑ ΟΙ . . . . . .
ΕΙC ΤΕΚΝΟ ΦΛΥΚΥΚ . . . . . .

*Formoſæ*, *Probæ*. *Vixit annos XX. Menſes III. Dies XI. Eugamioni Sympheruſa* . . . . *Filiæ dulciſſimæ*. Contra vero idem P. Corſinus non *Formoſæ*, ſed *Cale* tamquam proprium *Filiæ* nomen interpretatur. Similiter non ΕΥΓΑ ΜΙΟΝΙ legit, ſed ΕΥΓΑΜΙΟΝ ΚΑΙ..... quod certe mihi non probatur. Vix enim crediderim monoſyllabam ΚΑΙ per ſimplex I conſulto expreſſam fuiſſe. Quare ſat erit mutilam, turbatamque Inſcriptionem ita in latinum vertere. *Pulchræ*, *benignæ*, *quæ vixit annos XX. menſes III. dies XI. Eugamioni Sympheruſæ* ΟΙ ΓΟΝΕΙC *Parentes Filiæ dulciſſimæ* poſuernnt.

I. Ie-

I. Ἱερᾶς, *ſacræ*. Gruterus pag. 1052. num. 6.

ΑΠΟ. Ι. ΚΩΜΗC. ΑΔΔΑΝΩΝ.

*Ex ſacro Pago Addanorum*. Pagus iſte *ſacer* dicitur, quod, uti vidimus, in API. ſitus eſt in Syria, ubi Chriſtus Dominus habitavit.

I. Interpunctionis vices gerit in quodam Sepulchrali titulo inter Sherardianas Inſcriptiones a Cl. Salvinio excerptas, reperto; ubi ter character ille, ut interpunctio conſpicitur; quemadmodum alibi hæ quoque litteræ Δ. Y. S. interpunctionis loco uſurpatæ ſunt.

IAN. Ἰανουαρίων. Kal. nimirum *Januarii*. Lupus pag. 136.

IAPAKATI. Παρακατατίθεται, *deponitur*. Oliverius Marm. Piſaur. num. 163. pag. 66.

IATT. Κατετέθη, *depoſita eſt*. Boldettus pag. 407.

IΔI. Ἰδίῳ, *proprio*. Gruterus pag. 680. num. 6.

IΔIO. Ἰδιώτων, *privatorum*. In Sandvicenſi marmore verſu 27. apud Cl. P. Corſinum Diſſert. VI.

ΟΙΔΕ ΤΩΝ ΙΔΙΟ. ΤΟ Τ. ΚΟ ΑΠΕΔΟΣΑΝ

*Hi ex Privatis ex fœnore* ab ipſis ſolvendo dederunt &c.

IMOKPA. Τιμοκράτους, *Timocratis* proprium nomen. Sponius Itiner. pag. 49.

IMP. Ἰμπεράτορος, *Imperatoris*. Apud Reineſium Cl. IX. n. 51. pag. 569. in quodam lapide græcis, latiniſque litteris, ac vocibus exarato?

ΕΠΑΦΡΑΣ ΑΓΑΛΜΑΤΟΠΟΙΟΣ ΕΝΚΑΥΣΤΗΣ
ΚΑΙ ΙΜΡΑΛΠΕΛΕ ΘΕΡΑΚΑ ΙΟΥΛΙΟΣ
ΑΤΙΟΧΟΣ

*Epaphras Statuarius*, & *Pictor encauſticus Cæſaris Imperatoris Libertus*, & *Julius Attiochus*.

IMYΛX. Ἰμύλχων, Imylchon nomen proprium illius celeber-

rimi ducis Carthaginienſis, qui, niſi fallimur & Hamilcar dictus eſt; quique in Siciliam exercitum ducens ad Lilybæum appulit, Motyamque cepit anno ante Chriſtum natum CCCCI. Apparent ea Sigla in quadam Eburnea Teſſera ad Lilybæum Siciliæ promontorium anno 1749. reperta, cujus exemplaris mihi copiam fecit eruditiſſimus Thomas Wanſtaph Eques Brittanicus. Ea autem eſt hujuſmodi.

IMYΛXIMIλXωNOC
INIBAΛOC XλωPoC ΛYЄωN
ΔIoΓNHToY KAI TωN ЄΓΓoNωN

In poſtica Teſſeræ parte conjunctæ manus in hoſpitii, aut amicitiæ fœdus, opinor, ſculptæ cernuntur. *Imylchon Imylchonos*, Filius, *Inibalus Chlorus* Hoſpitii jus ſanxit per Lyæum, Λυαίου puto reſcribendum eſſe, *ab Jove generatum*, *&* *Nepotes*. Bacchus *Lyæus* dictus eſt, & quod homines curis ſolvat, & quod, ut appoſite in noſtra Teſſera, concordiam, amicitiamque conciliet. Hinc apud veteres *Teſſera hoſpitalis*, quam hoſpiti dabat hoſpes; & *Juppiter hoſpitalis*, quod Hoſpitii præſes Juppiter habebatur.

INΔ. IÑI. INΔ. IN. /H. Omnia Ἰνδικτιῶνος, vel Ἰνδικτιῶνι. Prima apud Montfauconium Diar. Italic. c. 21. p. 315. Altera in marmore Cryptoferratenſi, quod in noſtra Palæogr. p. 33. exhibuimus. Tertia habet idem Montfauc. Palæogr. p. 174., quæ tamen ab ipſo minus rectè explicantur Ἰλλουςρίου, *illuſtris*. Quarta conſpiciuntur in lapide, quem expoſuimus in AY. Ultima Sigla ſunt in veteri lapidea Inſcript. ad Oppidum, quod *Mons Ulmus* vocatur, Firmanæ Diœceſeos, reperta; cujus exemplar ad nos humaniſſime miſit Cl. Stephanus Borgia Velitrarum Patricius.

Quæ

::ΚΥΚΛΩΝΙΕΓΙCΤΩ ΝΗ ΛΙΟΥ ΖΕΟ ΜΗΛ ΑΤ
ΕΙΚΑΔΑΔΙΠΛΙΝ ΕΥ ΜΟΝΑΠΛΗΠΕΝ ΤΑΔ
ΤΟΤΕΥΒΓΟΥΤΕ Τ ΩΡΟΝΙΠΠΕΥCΑC ΜΟΝΟΝ
ΕΠΑΘΛΟΝΕΥΡΟΝ ΤΟΝ ΒΡΑΧΥ ΝΤΟΥΤΟΝ ΛΙΘΙ
ΟC Τ ΕΝΕΝΗΥΕΝΤΑΘΑ ΚΑΛΥ ΠΕΙΚΟ ΝΙΝ
ΟΙCΕΙCΙΤ ΤΟΝΕCΤΙ ΤΟΙΝΥΝ ΕΝΘΑΔΕ
Ε ΥΧΑC ΔΟΤΕ ΞΥΜΠΑΝΤΕC Ι ΚΕ ΗΡΙΟΥC
ΤΩ Η ΝΦΥCΙΝ ΜΕΛΛΟΝΤΙ ΤΒΡΟΤ ΚΡΙΝΑ
ΙΝ ΙΛΕΩΝ ΕΥΡΟΙΜΙ ΚΑΙ ΠΡΟ Τ CΔΙΚΗC
ΚΑΙ ΒΑCΑΝΩΝ ΦΥΓΟΙΜΙ Η Ν ΤΑ ΔΙΚΗΝ
ΥΜΕΙC ΔΕ ΦΙΛΟΙ CΥΜΜΟΝΑC ΤΑΙC ΠΟΙΜΕΝ
ΟCΤΩ ΜΜΕΤΡΗCΑΤΕ ΤΩ ΝΑΛΛΟΤΡΙΩΝ
ΟΙΚΤΟ ΝΟΕΟC ΤΡΙΚΤΟΝ ΕΚ ΘΕΟΔ ΩΡΟΥ
ΚΛΗΘΕΝ ΤΑ ΛΟΙC ΘΟΝ ΓΙΕΠΑCΟ ΜΕΝ ΓΕΝ:
Ο ΔΕ C ΠΑ ΑΞΑC ΚΑΝ ΒΡΑΧΥ ΜΟΥ ΤΑΦ
ΕΚΠΤΩΤΟC ΕCΤΑΙ ΤC Ε ΔΕ ΜΚΛΗΡΟΥΧΙ
ΚΑΙ ΤΑC ΑΡΑC [illegible] ΕΞΑΙΤΟ ΤΑC ΤΩΝ ΠΡΩΝ
ΚΑΙ ΧΕΙΡ... ΠΟΙΝΙΜ Α Τ ΠΡΟΦΘΑCΟΙ
:: ΜΗΝΙ ΑΥΓΟΥCΤΩ Ζ ΗΜΕΡΑ Ε ΑΗ Δ
ΕΤ ΑΧ Ϛ Δ

Quæ quidem ſuetis Græcorum litteris ſic ſcribitur.

Κύκλων μεγίϛων ἡλίου δρομημάτων
Εἰκάδα δ' ἰούλιν σὺν μοναπλῆ πεντάδι
Τὸ τοῦ βίου τέτρωρον ἱππεύσας, μόνον
Ἔπαθλον εὗρον τὸν βραχὺν τοῦτον λίθον
Ὃς τὴν ἐμὴν ἐνταῦθα καλύπτει κόνιν
Οἷς εἰσιτητόν ἐϛι τοίνυν ἐνθάδε
Εὐχὰς δότε ξύμπαντες ἱκετηρίους
Τῷ τὴν φύσιν μέλλοντι τῶν βροτῶν κρῖναι
Ἵν' ἵλεον εὕροιμι καὶ πρὸ τῆς δίκης
Καὶ βασάνων φύγοιμι τὴν καταδίκην.
Ὑμεῖς δὲ φίλοι σὺν μοναϛαῖς ποιμένες
Ὀϛῶν με τηρήσατε τῶν ἀλλοτρίων
Οἰκτρὸν Θεοϛήρικτον ἐκ Θεοδώρου
Κληθέντα λοῖσθον πεπαγωμένον γένους
Ὁ δὲ σπαράξας κἂν βραχὺν μου τὸν τάφον
Ἔκπτωτος ἔϛαι τῆς Ἐδὲμ κληρουχίας
Καὶ τὰς ἀρὰς δέξαιτο τὰς τῶν πατέρων
Καὶ χεὶρ . . . ποίνιμος αὐτὸν προφθάσοι
Μηνὶ αὐγούϛῳ Ζ. ἡμέρᾳ έ Ἰνδικτιῶνι δʹ.
Ἔτει ϛχϛδ.

*Cyclorum maximorum Solis curſuum*
*Vigeſima Julii cum ſimplice quinario,*
*Poſtquam Vitæ quadrigas equitaſſem, tantummodo*
*Pro mercede repperi anguſtum lapidem hunc,*
*Qui meum hîc operit pulverem.*
*Vos igitur qui viam hanc ingredi debetis, hîc*
*Preces ſuppliciter fundite univerſi*

*Ad*

*Ad eum, qui Mortalium naturam judicaturus eſt:*
*Ut & propitium inveniam ante judicium,*
*Et tormentorum effugiam damnationem.*
*Vos autem cari Paſtores una cum Monachis*
*Ab alienis me ſervate oſſibus*
*Miſerum ſcilicet Theoſterictum* ( ſic *vocor* ) *a Theodoro natum,*
*Qui ultimus clauſi genus meum,*
*Qui ſepulchrum hoc breve quamvis diſſipaverit*
*Excidat ab Edem hæreditate,*
*Et in maledicta Patrum incurrat.*
*Manuſque Dei ultrix eum aſſequatur,*
*Menſe Auguſti* VII. *die* Feria V. *Indictione* IV.
*Anno* 6694. Chriſti 1186.

In ſecundo verſu legimus Ἰουλίϋ, *Julii*: & in quartodecimo reſcribendum videtur πεπακτωμένον, illum nimirum qui elauſit; niſi πεπαγωμένων forte ſit cognomen ſtirpis Theodori, & Theoſterićti, *Pepagomenorum* dictæ. In decimo ſeptimo verſu ἀρὰς πατέρων, intellige *maledictiones Patrum* CCCXVIII, qui in Nicæna Synodo adfuere. Ille autem imprecandi mos Græcis familiaris eſt, in Codicibus præſertim Ms.

IOY. IOYN. Altera quidem Ἰουνίας, vel Ἰουλίας; altera vero Ἰουνίων *Junii* Id. videlicet, vel Kal. Murator. p. 1844. Gruterus pag. 316.

IOY. IOYΛ. Ἰουλίου prima, Ἰούλιος *Julius* nomen proprium ſecunda ſonant. Sponius Atticæ pop. pag. 201. Cyriacus pag. 39. num. 253.

ΙΩΑΙΝ. Ἰουλίου, *Julii* menſis videlicet; Vide in ΙΝΔ.

IP.

IP. Ἱερεὺς, *Sacerdos*. Reineſius Claſ. XX. num. 63. pag. 913.

IC. ΙC. ΙΣ. Singula idem ſunt, ac Ἰησοῦς *Jeſus*. Reineſius Epiſt. 41. n. 30. Romæ.

> ΦΗΛΙΚΙΣΣΙΜΗ ΘΥΓΑΤΡΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ Ε ΠΟΗΣ ΝΟΙ. ΤΟΝΕΙΣ ΕΖΗ ΣΗΝΜΗΝΑΣ ΗΗ ΗΜΕΡΑΣΙ IC.

*Feliciſſimæ Filiæ dulciſſimæ* monimentum *fecerunt Parentes*. Legendum ſiquidem eſt ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΟΙ ΓΟΝΕΙΣ, *Vixit menſes octo*. Unum Η redundat. *Dies decem*. *Jeſus*. Altera Sigla habet Heſſelius in Append. Præfat. n. 10. Ultima Gruterus p. 1048. n. 2.

ΙΣ. Ἰσελάςικα, *paris agitationis certamina*, ſive *ludi* Equorum nimirum, vel curruum: quemadmodum in Olympiis fiebat: dummodo vocabulnm illud per I ſcriptum fuerit. Quod ſi per EI. tunc dies ille notatur, quo Athletæ eorum certaminum patriam ſolemni pompa ingrediebantur. Cl. Corſinus pag. 33. marmor exhibet, in quo ea Sigla.

ΙΣΘ. Ἰσθμίων, *Iſthmiorum*. Gruterus pag. 415. num. 1. Porro *Iſthmia* inter quatuor ſolemnia certamina numerabantur, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari ſolebant. Ea autem a Theſeo inſtituta ſunt, vel in Neptuni, vel in Palæmonis honorem, uti vult Archia Poeta græcus. Illius victores certaminis pinu coronabantur. *Iſthmia* dicta ab Iſthmo Peloponneſio, in cujus faucibus haud procul a Neptuni Templo habebantur.

ICI. Ἴσιδι, *Iſidi* Deæ, quæ apud Ægyptios potiſſimum culta fuit ſub Vaccæ figura. Vide marmor Iſiacum Jo: Olivæ Rhodigini. Gruterus p. 73. n. 3.

ΙΣΙΔΩΡ. Ἰσιδώρου, *Iſidori*. Muratorius p. 2019. n. 1.

ITEA.

ITEA. Ἰτεαῖος, *Iteæus* ex *Itea* Atticæ pop. Sponius Itinerar. pag. 54.

IXΘYC. Ἰησοῦς Χριςὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ. *Jeſus Chriſtus Dei Fi-*
Γ *lius Servator*. Muratorius pag. 1824. num. 6. Illud vero Γ cadaverum numerum in loculo poſitorum indicare videtur; & revera in marmoris Epigraphe tria Cadavera memorantur: ut bene notavit Cl. P. Corſinus p. 33.

I. X. Θ. Y. C. N. Priores quidem litteras quinque ſi copulaveris vocem IXΘYΣ, *piſcis* habebis, eandemque ſignificationem, atque eam, quam in ſuperiori voce IXΘYC retulimus: Ultima vero littera Νικᾷ *vincit* ſonat. Verum de litteris illis, earumque valore doctiſſimus Auguſtinus audiendus eſt lib. XVIII. *de Civitate Dei* cap. 23. *Erythrea Sybilla quædam de Chriſto manifeſta conſcripſit, quæ etiam nos in latina lingua verſibus male latinis, & non ſtantibus legimus, per neſcio cujus interpretis imperitiam, ſicut poſt cognovimus. Nam vir Cl. Flaccianus, qui etiam Proconſul fuit, homo facillimæ facundiæ, multæque doctrinæ; quum de Chriſto loqueremur, græcum nobis codicem obtulit; carmina eſſe dicens, Sybillæ Erythreæ: ubi oſtendit quodam loco in capitibus verſuum ordinem litterarum in ſe habentem, ut hæc in eo verba legerentur.* IHΣOYΣ XPIΣTOΣ ΘEOY Y. OC ΣΩTHP. *quod eſt latine Jeſus Chriſtus Dei Filius Salvator. Horum autem græcorum quinque verborum, ſi primas litteras jungas, erit* IXΘYΣ, *ideſt piſcis; in quo nomine miſtice intelligitur Chriſtus, eo quod in hujus mortalitatis abyſſo, velut in aquarum profunditate vivus, hoc eſt ſine peccato eſſe potuerit*. Sunt ea Sigla dextero latinæ Inſcriptionis lateri appicta apud Boldettum p. 58.

IΩ. IΩY. Ἰωάννης, *Joannes* altera apud Clariſs. Maffejum

N p. 55.

pag. 55. Altera Ἰωάννου. apud Sponium Itiner. pag. 102.

ΙΩΝ. Ἰωνίας, *Ioniæ*, quæ regio eſt Aſiæ minoris in ora maris Ægæi poſita. Smithus Notit. Eccleſ. pag. 22.

## K

K. Εἴκοσι. *Viginti*. Boldettus pag. 462.

Θ Ϙ K
AIΛA. BЄPONЄIKH
ΘЄYΔIANOC. ΘANHP
TO MNHMION ЄΣHI
TICA ЄK TωN IΔI
ωN ZHΣAЄ H ЄTH
KΓ

Quam prave ſcriptam Epigraphem ſic latine reddidit, correxitque idem Cl. Auctor,

D. O.

*Aeliæ Veronicæ Theudianus vir monumentum poſuit ex propriis. Quæ vixit annos XXIII.* Verum *poſui* ad marmoris veritatem rectius dixeris.

K. Καῖσαρ, *Cæſar*. Antoninus videlicet; in marmore Sponii Miſcell. Sect. X. n. 132., & in Itiner. pag. 118.

K. & K. A. Utraque Κάτθανε, *mortuus eſt*, vel Κατετέθη, *depoſitus eſt*. Fabrettus pag. 587. Ubi tamen idem minus recte legit Κατελύθη, *obiit*. Donius in Schedis adhuc ineditis pag. 63.

K. KA. KAT. KATA. KATAX. KATAXΘ. Omnia Καταχθονίοις *Inferis* nimirum Diis ſonant. Gudius pag. 105. n. 5. Murat. pag. 1010. num. 6. Idem pag. 1016. num. 1. Gualtherius pag. 6.

Digitized by Google

pag. *6.* num. 24. Gudius iterum pag. 1*96.* num. 13. & Gruterus pag. 825. num. 4.

ΘΕΟΙΣ. Κ.
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ. ΑΝΤΙΛΟΧΟC
ΙΕΡΟΚΟΜΑC. ΤΟΥ. CΑΡΑΠΙΔ
ΑΝΕΘΙΚΕΝ

Priori inſpectione ſic eam Inſcript., fueramus interpretati. *Marcus Aurelius Antilochus Hierocomas Sarapidis* Filius *poſuit*. At nunc propius ad veritatem traducemus, in verſiculo ſecundo ſi legamus Ἱεροκόμος, ut ſenſus ſit. M. Aurelium Curatorem fuiſſe Sacrarum rerum ad Serapidem pertinentium. Quare verſiculum illum ſic in latinum vertimus. *Curator rerum ſacrarum Serapidis*. *Serapis* quippe, ſive *Sarapis*, ut quidam volunt Critici homines ſecundum nonnullas Inſcriptiones veteres, Deus Ægyptiorum fuit. *Ego tamen*, ait Plutarchus in Harpoc. *Serapidis potius quam Oſiridis nomen Ægyptios ſibi vindicare ſinam*. *Illud enim peregrinum*, *hoc græcum*, *ambo unius DEI*, *ſeu facultatis vocabula cenſeo*.

K. K. K. K. K. KA. Singula idem valent, ac Καὶ, *et*. Smithus Notit. Eccleſ. p. 30. Maffejus p. 55. Gruterus p. 491. n. 1. Reineſius Claſ. IX. n. 51. p. 569.

K. Κουίντῳ. Sponius Itiner. pag. 19. K. ΚΑΛΠΥΡΝΙΟ. Quinto Calpurnio. In Sherardi Inſcript. apud Cl. Corſinum in *Addendis* p. 87. reperitur etiam.

KYINT. Κύιντος, *Quintus*.

K. ΚΛΑ. Altera Κλαυδίου, *Claudii*. In appendice Marmor. Oxon. num. 11. pag. 293. Altera Κλαύδιος ſonant, apud Muratorium pag. 1685. n. 15.

K. K̈. K̈. K̄ω. Cuncta Κώμης, vel Κώμῃ, *Vici*. Fabrettus Cap. X. n. 502. p. 740. In marmore Aquilejenſi apud Bartolum Diſs. II. p. 202. Muratorius p. 401. n. 4. & Gruterus pag. 1050. n. 11.

K. Κᾶιος, *Cajus*. Muratorius p. 1259. n. 15. & p. 1263. n. 10. *Caja*. K. ΛΗΦΕΝΗ ΠΟΣΙΔΩΝΑΚΤΟΣ. *Caja Lephene Poſidonactis* Filia.

K̄. In marmore Veronenſi num. 111. ex Maffejo Κατὰ. At in Schedis adhuc ineditis Donii pag. 63. Κυρίῳ *Domino* ſignificant.

ΚΑ. ΚΑΛ. ΚΑΛΑ. ΚΑΛΑΝ. ΚΑΛΑΝΔ. ΚΛ. Omnia Καλανδῶν, *Kalendarum* ſonant. Marangonius in Appendice p. 73. Gruterus p. 177. n. 6. Muratorius pag. 1904. num. 7. Fabrettus p. 591. n. 203. Item Murat. p. 1858. n. 3. Gorius Part. I. p. 51. n. 10.

ΜΑΡΚΙΑΝΟ GOXPHSTO CЄZHSEN
ETHANMC ⳩ACI KATETEOHTH
ΠΡΟ Ο-Θ- ΚΑ ACKENBPI.

Quam Epigraphem Marangonius loco ſupra citato ſic latine reddidit. *Marciano Chreſtos, qui vixit annos depoſitus eſt nono Kal. Decembris*.

Prius vero quàm illam exponamus, characteres plurimum confuſi, turbatique ita componendi videntur.

ΜΑΡΚΙΑΝΟϹ ΟΧΡΗΣΤΟϹ ЄΖΗΣΕΝ
ΕΤΗ ΑΝ ΜЄ⳩ΝΑϹ Ι ΚΑΤΕΤΕΘΗ ΤΗ
ΠΡΟ Θ ΚΑ ΔΕΚΕΝΒΡΙ.

*Marcianus Clemens vixit annos quinquaginta & unum, Menſes*, Μένας loco Μῆνας (*Chriſtus*) *decem. Depoſitus eſt nono*

*nono Kal. Decembris*. Monogramma illud, ideſt Chriſti nomen, quod vel initio Inſcriptionis, vel ad ejus latus poni ſolet medias inter litteras ſculptum vides. Cl. P. Corſinus p.34. non unam lapidi huic interpretationem dat: Verum in ea, quam nuper fecimus, ſi ad lapidem animo bene attendamus, conſiſtamus, oportet.

ΚΑ. Κατὰ. Chiſullus Antiq. Aſiat. pag.49. in marmore U. C. 474. poſito.

ΚΑ. ΔΑ. Κατὰ Δανιὴλ, *Secundum Danielem*. In Cathedra S. Hippolyti.

ΚΑΙ. ΚΑΙΣ. ΚΑΙC. Prima Καίσαρι, *Cæſari*. Antonio nimirum Gordiano. Gudius p. 210. n. 7. Altera Καίσαρα, Aurelium ſcilicet Severum. Sponius Itiner. p. 102. Tertia Καῖσαρ ſignificant. Idem Gudius p. 196. n. 13.

ΚΑΙ. Κάτθανε, *mortuus eſt*, ſeu Κατετέθη, *depoſitus eſt*. Marangonius in Appendice q. 74.

ΚΑΙΝC. Καίνισεν, pro ἐκαίνισεν, renovavit. Sponius Itiner. pag. 102.

ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΕΡΓΟΝ ΕΝΘΑΔΕ
ΦΘΑΡΕΝ ΧΡΟΝΩ ΚΑΙΝC ΜΑ
ΝѲΗΛ ΕΥCΕΒΗΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤωΡ

*Divinum opus hic vetuſtate dilapſum renovavit Manuel pius Imperator*. Qui quamvis Monachis parum benevolus fuerit, quum dicere ſoleret; eos in antra, montiumque cacumina eſſe relegandos; tamen ante ſuum obitum, qui contigit anno Chriſti 1180. Monaſticum Σχῆμα, vel, ut ajunt, habitum induit Matthæi nomine ſumpto.

ΚΑΓΟ. Ѵ. Καθηγουμένου, *Abbatis*, vel *Præceptoris*. Vide in Ꙋ.

ΚΑΔ.

Digitized by Google

ΚΑΛ. Καλπεδίων. *Calpenſium*, qui nimirum ſunt ex *Carpeja* Bythiniæ Urbe. Cl. P. Lupus in Sarcophago inſigni, quem pag. 51. exponit. In eo autem ſi revera Sigla ſunt, ut Pater Corſinus p. 34. exiſtimat ΑΡΧΩΝ ΚΑΛπεδῖς legendum eſſe videtur: aliter ΚΑΛΚΑΡΠΙΕΙΩΝ, quemadmodum in Sarcophago ſcriptum eſt, tumque Sigla evaneſcunt.

ΚΑΛ. Καλὸν, ſive Κάλλιϛον, *egregium*, *ſtrenuum*; intellige Imperatorem. In marmore Ancyrano apud Montfauconium Palæogr. pag. 164.

ΚΑΛΗ. Καληνίον, *Calenium*. nomen proprium. Muratorius p. 553. n. 1.

ΚΑΛΟΚ. Καλοκάγαθοι. *Æqui*, *bonique amantes*. In Ticinenſi marmore apud Maffejum pag. 55.

ΚΑΛΠ. Καλπουρνίῳ, *Calfurnio*. Gruterus p. 767. n. 2.

ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΑ ΖωΤΙΚΗ
Γ. ΚΑΛΠ. ΖωΤΙΚω CΥΜΒΙω

*Calfurnia Zotice Cnæo Calfurnio Zotico Conjugi* ſuo fecit.

ΚΑΠΠ. Καππαδόκος, *Cappadocis*. Cyriacus p. 8. n. 61.

ΚΑΡ. Καρμίνιον, *Carminium*. Sherardianum marmor ſupra citatum.

ΚΑΣΙ. Κασίου, *Caſii*; gentile nomen eſt. In marmore Oxon. num. 15. pag. 83.

ΚΑΤ. Κατετέθη, *depoſitus eſt*; ſive Κάτθανε *mortuus eſt*. Marangonius in *Appendice* p. 70.

ΚΑΤ. Κατοικοῦντες *habitantes*. Sponius Itiner. p. 154.

ΚΑΤΑΘ. ΚΑΘ. Utraque valent Κατάθεσις, *Depoſitio*. Arringhius lib. III. c. 22. p. 619. Inſcriptionem hanc exhibet.

ΚΑΤΑΘ

ΚΑΤΑΘ
ΠΡΙΝΚΙΠΙΟΥ
ΠΡΟ. Ζ. ΚΑΛ
ΟΚΤWΒΡ.
ΘΕΟΔWΡΑC Χ
ΠΡΟ. ΔΕ. Δ. CΕΠΤε

Latineque reddidit. *Depoſitio Principii ante VII. Kalend. Octobris. Thodora ante IV. Idus Septembris*. Verum ſi lapis bene perpendatur, ita certiſſime in latinum vertenda erit. *Depoſitio Principii ante VII. Kal Octobris. Theodoræ Depoſitio*. Facile X in locum K irrepſit. *ante IV. Idus Septembris*. Vel uti eſt in Muratorio p. 1928. num. 3. ΠΡΟ. ΕΙΔ. *Pridie Idus &c.* Fabrettus p. 587.

ΔΑΦΝΟΣ ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ. ΚΕ.
ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΤΘ ΤΗ ⳩ ΙΖ ΚΑΛCΕ

Idemque Cl. Auctor ſic eam in latinum tranſtulit. *Daphnus vixit annis XXV. qui deceſſit A. D. XVII. Kal. Se.* At cum lapide magis congruet interpretatio hæc. *Daphnus vixit annis XXV. Hujus Depoſitio A. D. XVII. Kalend. Septembris*.

K. B. Κελέυσει Βουλῆς, *permiſſu*, ſeu *mandato Senatus*. Sponius Itiner. pag. 105.

Ⲕ. ΚЄ. ΚΕ. ΚΥ. Singula valet Καὶ, *et*. In marmore Ancyrano. Vide noſtram Palæogr. p. 24. Heſſelius inter Epheſina marmora num. 17. Lupus pag. 140. Arringhius lib. III. cap. 22. pag. 591.

Κε. ΚЄ̅. Κύριε, *Domine*. Maffejus apud Corſinum p. 36. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 31.

ΚΕΙΟΝ.

KEIΩN. Ἀνακεῖον, *Anacæum*. Titulus eſt Sacelli *Dioſcurorum* in Anaglypho *Comitis* Camilli Silveſtri p.28. Equidem Anacæum Athenis erat Templum Caſtoris, & Pollucis, ut Thucidides lib.VIII. Hiſt., & Lucianus in Timon. p. 79. litteris prodiderunt. Ἀνακεῖον, τὸ τῶν Διοσκόυρων ἱερὸν, inquit Suidas. Erat etiam ἀνακεῖα Διοσκούρων ἑορτή, *Dioſcurorum Feſtum*. Ethnici ſiquidem feſta a Diis, quibus fuerant dicata, nominabant. Verum feſta Dioſcurorum Διοσκύρια item dicuntur in Domitiæ nummo Epigraphe hæc: ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *Dioſcuria Laodicenſium*.

KENTINAP. Κεντηναρίων, *Centenariorum*; qui nimirum Centenis præerant, quique ut Judices minores per centenas jus dicebant; *Comiti* tamen ſubjecti, in eorum vitam, moreſque inquirenti. Si bellum ingrueret, Centenarii munus erat centenam ſuam, ſeu centenæ ſuæ Milites in aciem educere. Legeſis Gloſſ. Dufrenſ. num. 926. Gruterus pag. 1160. num. 17.

KEΦ. Κεφαλῆθεν, *Cephalenſis*, ex *Cephale* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 50.

KH. KHΔ. Prima Κηδῶν, qui nimirum ex *Cedis* Atticæ populo eſt; Altera vero Κῆδος, in marmore Gruteri pag. 426. n. 11., quod a Cl. Maſſejo confictum putatur; ubi ea Sigla *Curam* fortaſſe ſignificant. Sponius Itiner. pag. 46. prima habet.

. . . . ΗΣ ΖΟΠΥΡΟΥ ΕΚΚΗ

*Zopyri, qui ex Cedis eſt.*

KHΦ. KHΦEIΣHI. Κηφισιεὺς, *Cephiſienſis* ex *Cephiſia* regiuncula Atticæ, per quam Cephiſus labitur; utraque fortaſſe ſonant. Sponius Itiner. p. 46. & marmor Riccardianum apud Corſinum in Faſtis Atticis Tom. I. p. 170. Attamen Donii exemplar KHΦIΣII habet. KI.

Digitized by Google

ΚΙ. Κεῖται, *jacet*. Lupus pag. 136.

ΚΙ. Β. Habentur in marmore Gruteriano pag. 1052. n. 6. Quæ Sigla Cl. Maffejus pag. 57. interpretatur ΚΙΒΕΝΕΙΡΗΝΗ, ideſt καὶ δεύτερον, καὶ αὖθις, *& iterum in pace*. Alia enim vice in marmore habetur ἐν εἰρήνῃ. Scaligero in *Emendatione temporum* pag. 516. magis probatur lectio hæc. Γυναικὶ Β. *Conjugi Benemerenti*. P. vero Corſinus p. 37. Κατατέθειται δευτέρᾳ. *Depoſita eſt Euſebia*, ſcilicet, *ſecunda*, ſeu *ſequenti die* expoſuit. Aſt ego, planius, ni fallor, latine reddiderim, *jacet Euſebia, cui breve vivendi tempus conceſſum eſt*. Ea ſiquidem decimum vix ætatis annum exceſſerat. Quare ea Sigla legenda videntur Κεῖται Βραχύβιος.

ΚΙΛΙΞ. Κίλικος, *Cilinus* nomen proprium. In marmore, quod, ut dicitur, in Muſeo Kircheriano ſervatur.

ΤΙϹ ΗΝ ϹЄ Ο ΘΡЄΨΑϹ: ΗΝ ΚΙΛΙΞ ΑΘΗΝΑΙΟϹ
ΧΡΗϹΤΟΝ ΤΟ ΘΡЄΜΜΑ ΤΙϹ ΚΑΛΗΙ: ΝΟΥΜΗΝΙΟϹ
ΠΟϹѠΝ Δ' ЄΘΝΗΙϹΚЄϹ ΤѠΝ ЄΤѠΝ: ΔΙϹЄΙΚΟϹΙΝ:
ЄΧΡΗΝ ϹЄΤΙ ΖΗΝ: ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΘΑΝЄΙΝ ЄΧΡΗΝ:
ΓЄΝΝΑΙΑϹΟΥ ΚΑΙ ΧΑΙΡЄ: ΚΑΙ ϹΥΓ' ѠΞЄΝЄ,
ϹΟΙ ΓΑΡ ΜϹ ΤЄϹΤΙΝ ЄΤΙ ΧΑΡΑϹ ΗΜΙΝ Δ' ΑΛΙϹ

*Quis fuit, qui te nutricavit? fuit Celinus Athenienſis,*
*Benignus Alumnus. Qui vocaris? Numerius.*
*Quotorum mortuus es annorum? quadraginta.*
*Oportebat, te adhuc vivere: At & mori oportebat.*
*Generoſa tua ſint, & ſalve, & vale o hoſpes:*
*Tui enim intereſt adhuc lætari, nobis autem ſat eſt.*

In quinto hujus Epigrammatis politiſſimi verſu dubitanter legimus Σ 'Υγιοῦ,

O KA.

KΑ. ΚΑΑ. ΚΑΑΥΔ. Κλαύδιος, *Claudius*. Singula valent. Sponius Atticæ pop. p. 162. Muratorius p. 1685. n. 15. Iterum Sponius Sect. X. n. 116.

ΚΛΑΖ. Κλαζομένιον, *Clazomenium*, nomen proprium. Gruterus pag. 503.

ΚΛΑC. Κλάσσις, *Claſſis* prætoriæ videlicet. Muratorius pag. 1979. num. 5.

ΚΛΕΟΞΕΝ. Κλεοξένου, *Cleoxeni*. Muratorius p. 1979. n. 5.

ΚΛΗΡΟΥΧ'Ι. Κληρουχίας. *Hæreditatis*. Vide in ΙΝΔ.

ΚΝ. Muratorius pag. 582. Vide in ΑΙ.

Κ. Ν. Θ. Sponius in Itiner. p. 24. ΕΚΝΟμοΘΕσίας Α'δριανοῦ, ex *Conſtitutione legis Adriani*. Cyriacus vero ΚΑΝΟΝΕΣ Α'δριανοῦ, tandem Cl. P. Corſinus in Faſtis Atticis Tom. II. p. 206. ita interpretatur ΚΕ'λευσμα ΝΟμιμον Θεοῦ Α'δριανοῦ. *Juſſum æquum Divi Adriani*. Additque in *notis Græcorum* p. 37. legi etiam poſſe Κεφάλαιον Νόμων, ſeu Νόμου Θεοῦ &c. *Caput legum divi &c.* Quòd plures idem Imper. Athenis ediderit leges; quarum una de Oleo aſportando, marmori, ubi ea Sigla ſunt, inſcripta fuerit. Ceterum Sponii, & prima P. Corſini Interpretatio admodum probanda eſt.

ΚΟ. Κοίντος, *Quintus*. Maffejus pag. 58. in marmore Veronenſi 38. & ex eo Corſinus pag. 37.

ΚΟΒΡ. Κόβρυος, *Cobri* Thraciæ Oppidi. Vel conjungenda cum ſequenti voce, uti putat Cl. P. Corſinus p. 37., tumque ΚΟΒΡΟΕΟΣ habebimus, eandemque ſignificationem. Vide illum loco citato.

ΚΟΙ. Κοίλης, *Coeles*. Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 53.

ΚΟΛ. Κολυττεὺς, ex *Colytto*. Atticæ pop. ſecundum P. Corſini opinionem pag. 38., juxta vero Maffeii ſenſum pag. 58.

Κολω-

Digitized by Google

Κολωνεὺς, vel Κολωνόθεν, *Coloneus*, vel e *Colono*. Vide ΠΡΟΣΑΓΡ. Sponius Atticæ pop. p. 79.

ΚΟΜΝ. Κομνήνου, *Comneni*, Imperatoris. Sponius Miſcell. Sect. X. num. 126.

ΚΟοΡ. & ΚοΩΡΣ. Utraque Κόορτος, *Cohortis*. Gruter. p. 458. n. 1., & Gudius p. 189. n. 7.

ΚΟΡΝΗ. Κορνήλιον, *Cornelium*. Muratorius p. 1027. n. 4.

ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ. Κορνηλιανοῦ, *Corneliani*. Sponius Itiner. p. 54.

ΚΟϹ. *Conſulibus*, Gordiano nimirum, & Pompejano, qui, ut Cl. Reineſius Claſ. XI. n. 71. p. 633. arbitratus eſt, anno U. C. 994. Conſules fuerunt.

Κ. Π. Κελεύσματι Πόλεως, *decreto Civitatis*, aut Κατὰ Πρόσταγμα, *ſecundum mandatum*, ut optime advertit Cl. Pater Corſinus p. 39., Gruterus p. 415. n. 1.

ΚΡΑΟΥ Muratorius p. 236. n. 1., Cl. P. Corſinus p. 39. in ea voce Sigla duo deliteſcere ſuſpicatur: ſcilicet Κρατίστου Ἀνθυπάτου, *optimi Proconſulis*, nimirum Candidi; ita ut in marmore non ſolum Candidi nomen, ſed ejuſdem etiam dignitas expreſſa fuerit: ſuamque interpretationem Inſcriptione alia ab eodem Muratorio pag. 237. n. 1. relata, firmare annititur. In ea enim perſpicue legitur ΚΑΝΔΙΤΟΥ ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. At minime advertit vir doctiſſimus ea vocabula nomen, & dignitatem Candidi, ut ipſe putat, enunciantia per litteras has ΚΡΑΟΥ, eidem Candido in lapide, ubi illæ reperiuntur, tribui non poſſe. Inſcriptionem ipſam recitemus.

......... ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ.......
.....ΟΙΣ ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΝ ΝΟΜΟΘΕΤΗΝ ΚΑΙ ΤΡΟΦΕΑ...
...., ΟΥ ΚΑΝΔΙΤΟΣ ΤΟΥ ΚΡΑΟΥ ΚΟΙΝΤΟΣ ΑΙΣΚΡΟΝΟΣ ΑΝΕΣ

Equidem ſecundum uſitatum loquendi morem, ſi Inſcriptio, quod vult P. Corſinus, exprimeret haud ΤΟΥ ΚΡΑΟΥ, verum Ο ΚΡΑΟΣ in ea haberetur ut ΚΡ. ΚΡάτιςος, & ΑΟΣ, ſive ΑΘΟΣ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ſonaret; præceſſerat enim ΚΑΝΔΙΤΟΣ. Quare mutilæ Inſcriptionis planior erit ſenſus iſte.

. . . . *Cæſarem Trajanum Adrianum*

. . . . *Græcorum omnium legis Latorem*, *&* *Nutritorem*, *ſeu Patrem*

. . . . *Candidus Crai* Filius, *Quintus Æſcronis* Filius . . . .

Τὸ ΑΝΕΣ pro ΑΝΕΨιὸς forte poſitum eſt. Bene nos docet hîc Cl. Muratorius, Candidum hunc non alium fuiſſe, quam *Tiberium Julium Candidum*, qui anno Chriſti 105. Conſulum Faſtis inſcribitur.

ΚΡΑΤ. Κράτιςον, *optimum*. Gruterus p. 595. n. 11.

ΚΡΙΣ. Κρίσεως, *judicii*. Muratorius p. 2019. n. 1.

C̈. Κύριος, *Dominus*. Vide ΝΑ.

Κ̄ C̄. Κύριος Σωτὴρ, *Dominus Servator*. Sponius Miſcellan. Sect. X. n. 30.

ΟΥC ЄΔΙΚΑΙѠC ЄΝ Κ̄ C̄ ΒΑCΙΛЄΥΗΙΗΝ

Ubi Sponius ipſe legit ΕΝ Κυρίῳ. Cl. vero P. Corſinus Κυρίῳ Σωτῆρι. At alter, & alter fallitur: hoc enim pacto characteres illi reſtituendi ſunt.

Οὓς ἐδικαίωσεν Κύριος Σωτὴρ Βασιλεὺς Εἰρήνης

*Quos juſtos reddidit Dominus Servator Rex pacis.*

Κ̄ Ṡ̄. Εἰκοςῇ Ἕκτῃ, *viceſima ſexta* die. Margarinus pag. 63. n. 34., & Gualtherius p. 5. n. 16.

ΕΝΘΑ-

Digitized by Google

ENΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΕΝ
ΕΙΡΗΝΗ ΜΑΡΙΑ
ΕΖΗϹΕΝ ΕΤΗ . . . .
ΚΡΟ ΠΡΟϹ Β . . . . .
ΕΤΕΛΙωΘΗ Ιου
ΛΙΟΥ $\overline{K}$ S ΥΠ . . . .
ΑΦΛ· ΦΑSC . . . . .

*Hic jacet in pace Maria. Vixit annos plus minus duo..... Vita defuncta eſt Julii 26. Conſulatu*, Φ. A. *Flavii Areobindi*, ut optime notavit Cl. Corſinus pag. 40. & Φ. ASC. *Flavii Aſparis*. Qui anno Chriſti 434. Conſules fuere. Minuſculum s poſitum inter Sigla loco interpunctionis eſt.

KCN. In Epiſtola apud Gruterum pag. 1105. num. 3. a Tyriis Puteolis degentibus ſcripta Civitati Tyriorum ea Sigla ſunt. In decreto vero a Tyriis in illorum gratiam facto hæc alia CKN. reperiuntur. De quibus Cl. P. Corſinus probabilitate magna hæc habet. Nota KCN. εἰκοστὴν viceſimam ſignificat, quod nimirum Character K *viginti* exprimit; atque ex illo, ceteriſque pone ſequentibus vox εἰκοστὴν effiҫta videatur. Ita propemodum nota alia CKN. διακοσιοστὴν *ducenteſimam* exprimi putaverim, quod Character C plerumque διακόσια *ducenta* ſignificet: quamvis etiam fortaſſe ἕξ *ſex* exprimerè poſſit; ideoque nota CKN. etiam ἕκτην *ſextam* indicare poſſe videatur. Ceterum viceſimæ, ac ducenteſimæ partis, vel uſuræ mentio, atque uſus frequentiſſime in Latinis, & Græcis etiam marmoribus, atque Scriptoribus obſervatur: ex quibus eximio huic marmori, notæque a me explicatæ plurimus ſplendor accedit. Hactenus ille. Equidem prior illa nota cenſum, pecuniæ-

que

que pondus a Tyriis Romæ degentibus, Tyriis aliis Puteolos Colentibus tribui conſuetam ſignificare videtur: altera vero cenſum exprimere, qui Tyriorum Civitati a Puteolanis Tyriis præſtabatur.

ΚΥ. Κυριακή. *Dominica dies* in S. Hippolyti Cathedra apud Gruterum p. 141..

ΚΥΔΑ. Κυδαθηναιεύς, *Cydathenæus* ex *Cydathenis* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 49.

ΚΥΘ. Κυθήριος, *Cytherius* ex *Cythera* Atticæ pop. Idem Sponius loco eodem.

ΚΥΡ. Κυρείνᾳ *Quirina* Romana Tribu. Gruterus p. 388. n. 4.

ΚΦΚΑ. Numerales notæ ſunt apud Sponium Itiner. pag. 101. quas ſic reſcribendas eſſe ratus eſt Cl. Montfauconius Palæograph. p. 147. ς ΦΚΑ. ut annus Mundi habeatur 6521. Chriſti 1013.

Κ—ΦΡ. Gruterus pag. 595. num. 4.

ΡΟΥϹΙΑ
ΧΡΥΣΟΠΟΑΣ
Η ΚΑΛΗ
Κ——ΦΡ

Cl. P. Corſinus pag. 40. ea Sigla interpretatur Κελεύσματι Φρατρίας *ex mandato Curiæ*, vel Καλανδοῖς Φεβρουαρίοις. Quæ ultima interpretatio mihi magis arrideret, niſi judicarem ea ſic eſſe exponenda Κάτθανε Φρενοβλαβὴς, ſive Φρενητική.

*Rhuſia Chryſopoas formoſa mortua eſt deſipiens*, ſeu *Phrenitica*.

Κ. Χ. Κοινοῖς Χρήμασι, *communi ſumptu*, vel, ut conjecit Cl. Maffejus pag. 57. Κατὰ Χάριν, aut ΕΧ. εὐχῆς Χάριν *ex voto*. Gruterus p. 18. n. 1.

ΚΩ-

ΚΩΡΑΥΛ. Κωράυλης, *Coraules*. In Lapide apud Gudium pag. 108. num. 3.

ΚΩC. Conſulibus. Gruterus pag. 314. num. 2.

ϹΕΞΤΩ ΕΡΟΥΚΙΩ ΚΛΑΡΩ Β
ΓΝΕΩ ΚΛΑΥΔΙΩ ϹΕΒΗΡΩ ΚΩϹ.

*Sexto Erucio Claro II. Gneo Claudio Severo conſulibus*. Qui quidem anno Chriſti CXLVI. conſulatum gerebant.

## Λ

ΛΑ Τριάκοντα, *triginta*. Sæpe in Lapidibus græcis.

Θ. K.
ΑΥΡΗΛΙω ΔΙ
ΟΔωΡω ΑΔΕλ
Φω ΓΛΥΚΥΤΑ
Τω. ΖΗCΑΝΤΙ
ЄΤΗ· Λ· ΑCΙΑ· ΑΔЄλ
ΦΗ ΜΝΗΜΗC.
ΧΑΡΙΝ.

*Aurelio Diodoro Fratri dulciſſimo, qui vixit annos triginta. Aſia Soror memoriæ gratia* poſuit. Marmor Romæ in S. Baſilii Magni Monaſterio ſervatur.

Λ. Τριακοςὸς, *trigeſimus*. Gruterus pag. 495. num. 2.

ΛΕΓΙΩΝΟΣ. Λ. ΟΥΛΠΙΑΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

*Legionis trigeſimæ Ulpiæ Victricis*. Hæ voces ultimæ in marmoribus aliis exprimuntur ſolis ſiglis V. V. quorum prima *Ulpia*, altera vero *Victrix* ſignificant.

L. Πεντήκοντα, *quinquaginta*. Muratorius pag. 798. num. 5. ſo-

Solent enim Græci in marmoribus ſuis numerales latinorum notas uſurpare aliquando, ut ſupra jam vidimus. Quare apud eundem Muratorium pag. 1879. n. 4. legere licet XL. pro M. ſcilicet *quadraginta*.

L. Λυκάβας. *Annus* non luſtrum, quemadmodum Scaliger, & Caſaubonus arbitrati ſunt, eo indicatur charactere. Fabrettus pag. 755. num. 614.

LHMЄ. LЄM HſЄ.

Quæ Sigla optime idem interpretatus eſt *an. VIII. Menſ. V. an. XLV. dies XXV.* H enim M, & K. uno veluti nexu videntur expreſſa.

Λ. Λίθινον, *lapideum*, intellige Vas, quod Græci Σπονδεῖον vocant, quoque vinum libabant Veteres in Sacrificiis, aut conviviis; quamvis in marmore apud Sponium Miſcellan. Sect. X. n. 98. p. 356. Σπονδεῖον dicatur.

Λ. L. ΛΟ. ΛΟΥ. Λούκιον, ſive Λέκιον. Sponius Itinerar. p. 97. Altera Λούκιος, *Lucius*. Gudius p. 26. n. 4. Tertia item Λούκιος. Sponius Miſcell. Sect. X. num. 95. Ultima Λουκίου, *Lucii*, nimirum Aurelii Commodi. Noriſius *Epiſt. Conſul.* pag. 94.

Λ. Λοιπά. *Cetera*. Montfauconius in Diar. Italico. cap. 28. p. 426. n. 17. hoc Corcyrenſe exhibet marmor.

ΠΟΝΤΙΟΣ ΛΟΥΠΟΣ ΠΟΝΤΙΩ ΛΟΥΠΩ
ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ ΚΑΙ ΤΑ. Λ.

*Pontius Lupus Pontio Lupo Patri memoriæ gratia. Et cetera.* Quæ ſueta abrumpendi ſermonem formula a marmoris exſcriptore addita videtur, quod voces poſt ΧΑΡΙΝ poſitas, quibus fortaſſe vel Lupi ætas, vel mortis tempus ſignificabatur; utpote exeſas, vitiataſve non caperet.

ΛΑΑΙ-

ΛΑ̅ΔΙΚΙC. *Λαοδικεὺς* , *Laodicenſis* uti vult Cl. P. Corſinus p. 42. Aſt ego *Λαοδικείας* *Laodiceæ* legerim. Sic enim habet Inſcriptio apud Gudium p. 333. n. 15.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ
ΤΡΥΦΩΝ ΛΑ̅ΔΙΚΥC
ΤΗC ΠΡΟC ΛΥΚΟΝ.

*Hc jacet Tryphon ex Laodicea ad Lycum fluvium poſita*. Articulus quippe THC non niſi ad *Λαοδικείας* vocem referri poteſt.

ΛΑΚΙ. *Λακιάδων*, *Laciadarum* , ex *Lacia* Atticæ pop. Cyriacus p. 35. n. 234.

ΛΑΜ. ΛΑΜΠΡ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤ. Prima , & ſecunda *Λαμπροτάτου* *Splendidiſſimi* ſonant. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 39.. Gruter. pag. 1078. num. 2. , Tertia *Λαμπρότατον*. Muratorius pag. 1441. n. 8.

ΛΑΜΠ. *Λαμπρεὺς* , *Lamprenſis* , ex *Lambra* Atticæ pop.. Cyriacus p. 15. n. 108.

ΛΓΕ. *Λούκιος* Γέλλιος, *Lucius Gellius* . Fleetvoodus p. 328. ex Grutero p. 1130. n. 8.

ΛΓΕΚΑΤΟΥΡΝΙΝΟC ΕΤ ΑΦΗΛΙΑC ΕΤ
ΠΑΔΙΟΓΕΝΕC ΚΟΜΠΑΡΑΟΥΕΡΟΥΝΤ
CΙΒΙ ΕΤ COΥΙC.

*Lucius Gellius Saturninus* , *&* *Aphelias* , *&* *Publius Ælius Diogenes comparaverunt ſibi* , *&* *ſuis* . Inſcriptio , ut animadvertis , latina eſt græcis litteris exarata . In ſecundo autem verſu characteres hos ΠΑ Publius Ælius interpretamur ; quum alibi reperiatur ΠΑΙ , pro Πούβλιος Αἴλιος , ni fallor , poſitum.

ΛΕΓ. Λεγιῶνος, *Legionis*. Gruterus pag. 458. num. 1.

Λ. ΕΓΝΑΤ. Λούκιον Ἐγνάτιον, *Lucium Egnatium*.. Sponius Itiner. pag. 17.

ΛΕΡΕΝ. Λούκιον Ἑρέννιον, *Lucium Herennium*. In marmore Oxonienſi n. 143. p. 277.

ΛΕΥΚ. Λευκονιεὺς, *Leuconienſis*, ex Leuconio Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 49. In marmore alio apud eundem pag. 78. eadem Sigla eundem populum ſignificare videntur, aut ſaltem Λευκοπυραῖος, *Leucopyræus*, ex Leucopyra Atticæ pop. ſonant.

ΛΕΥΡΟΝ. Λευκίου υἱὸν, *Lucii Filium* interpretatur Cl. P. Corſinus p. 43.: ſic enim ea ſigla corrigit ΛΕΥΙΟΝ. Muratorius pag. 566. num. 2.

ΛΕΩΝΙ. Λεωνίδου, *Leonidi*. Sponius Atticæ pop. p. 200.

ΛΗΚΛΙΟΔΗ. Muratorius p. 556. n. 5., quas inconditas turbataſque litteras Cl. P. Corſinus pag. 43. optime reſtituit: Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ *Senatus Populuſque*: quod in marmoribus aliis frequentiſſime legitur.

ΛΙΒΑΝ. Λίβανος, *Libanus*, qui in alio marmore apud Gruterum p. 619. n. 12. Auguſti Libertus dicitur. Donius pag. 9. num. 32. Claſ. I.

ΛΙΘΟ. Λίθον, *Lapidem*. Vide in ΙΝΔ.

ΛΟΔΙΚΕΥΙ. Λαοδικεῖ, *Laodicenſi*, ex *Laodicea* Aſiæ. In Collectaneis Donii hæc habetur Inſcriptio, quam olim Donius ipſe Romæ exſcripſerat.

ΠΑΛ-

ΠΑΛΦΗΝΟΙ
ΜΑΡΤΙΑλΗΙ
λΟΔΙΚΕΥΙ
ΤΗϹ ΑϹΙΑϹ. ΠΑ
ΡΟΔΟΗΧΛΙ
ΡΕΙΝ. ΤΙΑΤΗRΕ
ΠΟΙΗϹΕΙΩΙΔΙϹ
ΤΕΚΝΩ ΖΗϹΑΙ
ΤΙ ΕΤΗ Θ

Ea autem depravate, corrupteque ſcripta ſic a nobis latina fit.

*Publio Alpheno Martiali Laodicenſi*, ex ea Laodicea nimirum, quæ *in Aſia eſt*; *Viatores ſalvete. Mater fecit ſuo Filio, qui vixit annos novem.*

ΛΟΥΔ. *Ludi*. Gruterus pag. 335. num. 1. ΛΟΥΔ ΜΑΤ. ΧΕΙΡ *Ludi matutini Chirurgus*.

ΛΟΥΣΙ. Λουσιεὺς, *Luſieus*, ex *Luſia* Atticæ pop., Sponius Itiner. pag. 46.

ΛΥΣ. & ΛΥΣΑ. Λυσανίου, *Lyſanii*. In Appendice Marmor. Oxon. num. 26. pag. 301.



Digitized by Google

M

**M**Α Τεσσαράκοντα, *quadraginta*. Sæpiſſime in marmoribus. Aliquando Τεσσαρακοστὸς, *quadrageſimus*. In urna marmorea luſtralis aquæ pro Infantibus baptizandis, quam habet.

* ΤΗ ΚΕΛΕΥCΕΙ Τꙋ ΑΓΙωΤΑΤꙋ ΗΜωΝ ΠΑΤΡΟC
ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΛΟΥΚΑ
ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙω ΙΝΔΙΚΤΙωΝΟC ΙΓ ΕΤΟΥC ϚΧΜΓ

In ejuſdem Urnæ medio hæc leguntur:

ΤΟΝ ΚΟΙΛΑΝΑΝΤΑ ΤΗΝ ΚΟΛΥΜΒΗΘΡΑΝ ΛΟΓΕ
CωΖΟΙC ΓΑΝΔΟΥΛΦΟΝ ΤΑΙC ΠΡΟΦΗΤωΝ ΠΡΕCΒΙΑΙC

In extrema vero ejuſdem Vaſis parte conſueti characteres conſpiciuntur

| | |
|---|---|
| ΙC | ΧC |
| ΝΙ | ΚΑ |

*Juſſu Sanctiſſimi Patris noſtri, & magni Archimandritæ Domni Lucæ. Menſe Martio Indictionis XIII. anni ſexmilleſimi, ſexcenteſimi quadrageſimi tertii*: Poſt Chriſtum natum MCXXXV.

*Qui excavavit Piſcinam, ò Verbum, Salva Gandulphum Prophetarum precibus. Jeſus Chriſtus vincit.*

ΧΛ. M. ME. MH. MHN. MΣ. MN. M. Μῆνας, vel Μηνὶ, vel Μηνῶν ſonant. Reineſius Claſ. XX. num. 144. pag. 931. Boldettus pag. 392. In marmore Oxonien. 107. pag. 147. Μενῶν pro Μιωνῶν Gruterus pag. 1036. Fabrettus pag. 590. Gudius pag. 348. num. 11. item Gruterus pag. 1036. num. 6. Vide in ΑΠΙ.

ANTIO-

Digitized by Google


ANTIOXIΣ EZHΣEN
ЄNIAYTON MZ ℋΔ
ЄN ЄIPHNH

*Antiochis* ſic eam Inſcript. interpretatus eſt Cl. Boldettus pag. 405. *vixit annos quadraginta ſeptem*, *menſes quatuor in pace*. At latine omnino reddenda eſt. *Antiochis vixit annum unum*, *menſes VII. dies IV. in pace*.

M. Μυριὰς, *decem millia*. Marmor Oxonien. Append. num. 13. p. 295. In quo quum poſt M. ſit Ἰῶτα, hoc vel interpunctionis locum tenet, vel unitatem ſignificat. Igitur characteres hos MIXHHH explicabis, *Drachmas*, eos enim proxime procedit vox hæc ΔPAXMAΣ; *Decies mille & unam*, *milleque trecentas*. Vel *Drachmarum myriadem unam cum mille trecentis*.

M. M̄. MAP. Prima Μάρκος, *Marcus*. Altera Μάρκον. Tertia Μάρκον, & Μάρκου ſignificant; habenturque in eximio marmore, quod in Villa *Roccia* prope Cryptæ ferratæ ſenticetum exiſtit.

*Marcum*




Digitized by Google

*Marcum Vlpium Firmum Domeſticum Summum Sacerdotem univerſi Xyſti, perpetuum Xyſti Principem, & Præſidem Balneorum Auguſtorum, Filium Marci Vlpii Domeſtici Epheſii pancratiaſtæ*, ſeu *Victoris in certamine curſus in orbem, facti admirabilis*; *Summi Sacerdotis univerſi Xyſti, perpetui Xyſtarchæ, & Præſidis Balneorum Auguſtorum*; *Conditoris Delubri, ornamentorumque, quæ in eo ſunt, una etiam cum Diis, monumento hoc honorant.*

Plura ſunt in pulcherrima Inſcriptione hac, quæ notemus, oportet. Ac primo quidem *Domeſticus* muneris nomen eſſe reor. Et ſane erat in Eccleſia ὁ Δομέςικος τοῦ δεξιοῦ, ϗ τοῦ ἀριςεροῦ χοροῦ, Domeſticus dextri, & ſiniſtri chori, apud Goar in Euch†log. pag. 240.: item ὁ Δομέςικος τῶν ψαλτῶν, Cantorum Domeſticus, qui & πρωτοψάλτης, & ἀρχωδὸς dicebatur. Inter officiales autem Curiæ Conſtantinopolitanæ recenſentur, ὁ Δομέςικος τῆς τραπέζης, ὁ τῶν τοιχῶν: in militia vero ὁ τῶν θεμάτων, ὁ τῶν σχολῶν, ut apud Codinum de Offic. Eccl. Conſtantinopol. cap. 2. videre eſt. Reperitur etiam μέγας Δομέςικος, de quo Willelmus Tyrius lib. II. cap. V. Belli Sacri hæc habet: *Cum eſſet in Imperiali palatio plurimum honoratus, & Megadomeſtici dignitate, quem nos majorem Seneſcalcum nominare conſuevimus, fungeretur, ab Imperatore Secundus &c.* In Ædibus ſiquidem Cæſareis plures erant *domeſtici*, quos inter milites illi, qui circa Principem verſabantur, corpuſque ejus cuſtodiebant: in quorum numero fuiſſe *M. Vulpium* opinor. Legeſis Jo: Meurſii *Gloſſarium* Græc. barb. V. Δομεςικὸς. Eoſdem vero ex Equitibus fuiſſe docent Zonaras Annal. II. & Suidas: Δομεςικοὶ. οἱ τῶν ῥωμαίων ἱππεῖς· οἱ κατὰ ῥωμαίȣς οἰκιακοὶ ςρατιῶται. Xyſtus dein

Digitized by Google

dein nonus erat Gymnaſii locus, ſeu porticus tectæ, ubi Athletæ hieme, quemadmodum Xyſti, ſubdiales ambulationes, ubi iidem exercebantur æſtate. Decimus locus balnea, ubi nunc calida, nunc frigida lavabantur. Hîc & Laconicum, in quo calore ſicco ſudor eliciebatur. Pancratiaſtes demum erat ille, qui pugnis, & calcibus decertabat. Verum *M. Vlpii* Patrem in curſu etiam victorem fuiſſe indicare videtur Inſcriptio. Curſus autem, ut tradit Antyllus apud Oribaſium triplex eſt: in anteriora, in poſteriora, & in orbem: primoque loco in quintuplici certamine, quod Simonides lib. 1. cap. 1. Ἀνθολογ., hoc verſu complexus eſt,

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

numeratur. Hujus publicum certamen primi inſtituere Elienſes, quòd, niſi fallimur, rei militari curſus utilis eſſet: Hinc magnus Homerus de Achille bellatore fortiſſimo tam ſæpe dixit, quod eſſet πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Præclare Statius in VI. *Theb.* v. 550.

*Sollicitat tunc ampla viros ad præmia curſu*
*Perceleres, agile ſtudium, & tenuiſſima virtus,*
*Pacis opus, cum ſacra vocant, nec inutile bellis*
*Subſidium, ſi dextra neget.*

M. MNH. Utraque Μνημεῖον *monimentum*. Prima habet Gualtherius in Tabulis Siculis pag. 101. n. 6., & Gorius Par. I. pag. 121. n. 2., ubi hanc exhibet Inſcriptionem.

M ΛΟΥ-

Digitized by Google

M
ΛΟΥΚΙΟϹ ΦΛΑΒΙΟϹ
ΚΛΑΔΟϹ ΖΗϹΑϹ
ϹΤΗ . ΟΖ
ѠΡΑΝ ΜΙΑΝ
ΧΑΡЄ ΙΝ ΤΟΙϹΑΝѠ

*Monimentum*

*Lucius Flavius Cladus*, *qui vixit annos* LXXVII. *horam unam*. *Vale*. *Sis inter Superos*. IN pro Εἶην poſitum arbitror. Equidem in hujuſmodi monimentis, is qui tumulatus eſt, ut ſupra vidimus, non raro ſuperſtites, ac Viatores potiſſimum alloquens inducitur. Attamen formula, ſive acclamatio in expoſito lapide expreſſa ad Lucium Flavium referenda videtur. Cl. Gorius τὸ M *Manibus*, poſtremaſque voces *Vale Superis*, ſive *valete Superi*, *homines*, qui *ſupra eſtis*; latine reddidit. Secunda Sigla ſunt apud Murator. pag. 1165. n. 10.

M. MNH. MNHM. MNHC. MNIAC. MNEAΣ. MHC. Omnia Μνήμης, *memoriæ* ſonant. Ut M. X. Μνήμης χάριν, *memoriæ gratia*. Muratorius pag. 1149. n. 10. Idem pag. 1189. num. 9. Bartolus pag. 97. Gudius pag. 287. num. 3. Lupus pag. 141. Heſſelius inter marmora Smyrnenſia num. 6. Boldettus pag. 396.

M̂. M̈. ΜZ. Μνᾶν μίαν, *minam unam*, *minas duas*, *minas ſeptem*. In marmore Oxonienſi n. 28. pag. 93. ſecundum Prideauxii, & Maffeii interpretationem.

MA. pro MH. Μητρί, nimirum *Matri*. Muratorius pag. 1259. n. 15.

MAΓN. Μαγνήτων interpretatur Cl. Corſinus pag. 45. Ego vero

Q ro

ro Μάγνητες exponerem in hac Inſcriptione, quam ille ex Muratorio ut Patavii poſitam pag. 28. exhibet.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΣΜΥΡ ΜΑΓΝ
ΟΥΛΠΙΑ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΑ ΟΥΛ. Θ.
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ
ΕΡΩΤΙ
ΟΥΡΑΝ

*Populus*, *Smyrnæi Principes*, ſeu *Senatores*, *Ulpia Marcellina*, *Ulpiæ Filia Summa Sacerdos Veneris Cæleſtis*, *Amori Cæleſti* dicant.

Apud Macedones Principes, ſeu Capita Civitatis Μάγνητες dicebantur, Summus vero Magiſtratus Μαγνητάρχης.

MAI. Μαΐων, nimirum Kal. *Maii*. In Cathedra S. Hippolyti apud Gruterum pag. 141.

ΜΑΚΕΔ. Μακεδόνων, *Macedonum*. Sponius Itiner. p. 87.

ΜΑΚΕΔΟΝ. Μακεδονίας, *Macedoniæ*. Montfauconius Palæogr. pag. 167.

ΜΑΝΓΟΝ. Μαγγόνων, *Mangonum*: ii nimirum ſunt *Mangones*, qui homines vendunt: ita dicti, quia μαγγάνω fuco videlicet colorem falſum inducebant mancipiis, ut ea carius venderent. *Præſtigiatores* etiam eo nomine ſignificantur. Gruterus pag. 173. n. 10.

ΜΑΡ. & ΜΑΡΤ. Utraque Μαρτίων ſonant. Gruterus pag. 330. n. 5. Marangonius in *Appendice* p. 74.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΖЄΙΔΜΑΡ.
ΚΑΙ ΑΓΑΠΗ ΛΙΛΕ
ΑΝΟϹ ΤΗΔΙ
ΑϹ ΥΜΒΙⲰ

Quam Epigraphem ſic idem expoſuit. *Pridie Idus Martias Anoſtidi Conjugi*. Aſt legenda, latineque reddenda omnino eſt hoc pacto. *Septimo Idus Martias* ΚΑΙνυτο, pro ἐκαίνυτο *perempta eſt*; ſive uti vult P. Corſinus p. 46. ΚΑ'τθανε pro κατέθανε *mortua eſt Agape*. *Lileanus*, ſive *Ælianus ſuæ Conjugi* poſuit monumentum.

ΜΑΡ. ΜΑΡΑ. ΜΑΡΑΘ. Singula Μωραθώνιος valent. *Marathonius* ex *Marathone* Atticæ, Athenas inter, oramque littoream poſita: ubi quondam Perſæ a Græcis Miltiade duce ſuperati ſunt, centum millibus cæſis. Dux tamen paulo poſt in vinculis afflictus obiit, teſte Aulo Gellio lib. 17. cap. 21. Vide Cornelium in Miltiade. Sponius Attic. pop. p. 159. Itiner. p. 53., itemque Attic. pop. p. 155.

ΜΑΡΤΥΡ. Μάρτυρες, *teſtes*. Cyriacus p. 29. n. 200.

ΜΑΤ. Ματουτίνου, *Matutini*. Latina vox græcis ſcripta characteribus. Gruterus p. 335. n. 1.

ΜΑΤΡΙΝ. Ματρίνια, proprium nomen. Muratorius pag. 1326. num. 3.

ΜΕ. Muratorius pag. 582. Vide in ΑΙ.

ΜΕ. ΜΕΜ. ΜΕΜΜ. Prima Μεμμίου fortaſſe, reliqua Μέμμιος, *Memmius* ſonant. Cyriacus p. 40. n. 260. in marmore Spartæ poſito. Sponius Attic. pop. p. 118. Gruterus p. 68. n. 6.

ΜΕ. ΜΕΓ. ΜΕΓΙϹΤ. Omnia Μέγιςον, *maximum* referunt. Sponius Itiner. pag. 116. Donius p. 88. n. 73. Claſ. II. Fabrettus p. 685. n. 87.

MEΛ. MEΛI. MEΛIT. Omnia idem ſunt ac Μελιτεύς. Melitenſis ex Melite Attic. pop.. Marmor Riccard. in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170. Sponius Itiner. pag. 52. Idem Sponius Atticæ pop. pag. 169.

MEΛITIN. Muratorius pag. 1508. n. 5. hanc depromit Epigraphem.

CEBHPA
ET XI
MEΛITIN

Atque in ejuſdem expoſitionem dixit *Cui Melitene Civitas Cappadociæ patria fuit*. Verum & de Melitene Cappadociæ Urbe non nemini dubium eſt; Melitenem ſiquidem regionem Cappadociæ fuiſſe, non Urbem tradit Strabo lib.XII. pag. 537., & commode ea Epigraphe ſic exponi poteſt. *Severæ annorum undecim Melitena*, vel *Melitenus* monumentum poſuit.

MEΣAMBP. In lapide ad novi Tuſculi territorium reperto, qui hujuſmodi eſt.

MEΣAMBP
IANΩN
AVTKMAN. TΓO
PNAMDGFSGB
TPANKVA
IINA

Ex eo autem ſenſum nullum, fateor, ſed tantummodo verba quædam exſculpere potui: nimirum Μεσαμβρινῶν *meridianorum*, Γανουαρίων *Januarii*, Αυτοκράτωρ Μανουὴλ *Imperator Manuel*. Vox ultima *Tranquillina* fortaſſe ſonat. At hæc divinando dicimus.

MH

MH pro TH poſitum videtur in Epigraphe, quæ inter marmora Papenbroechiana n. 11. p. 13. reperitur, atque a Cl. Oudendorpio explicatur.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC ΝΕΙΚΑC ΜΗ
ΖΩCΙΜΗ ΧΑΡΙΝ ΜΝΗΜΗC
ΙΔΙΑ
ΓΥΝΗ.

*Apollonius Nicas non vivere valens, memoriæ cauſa, propria uxor*: *niſi*, inquit ille, *Zoſime ſit nomen proprium*; *ſed quo* MH *tunc referendum ſit*, *divinatu facile non eſt*. Cl. vero P. Corſinus pag. 47. varias in eam Inſcriptionem animadverſiones facit. At, niſi mea me fallit opinio, ita latina facienda eſt: *Apollonius Nicas Zoſime uxori ſuæ memoriæ gratia* fecit. Quare TH pro MH, & ΓΥΝΑΙΚΙ pro ΓΥΝΗ reſcribendum.

ΜΗ̅ΡΟΠΟΛ. Μητροπόλει *Metropoli*. Montfauconius Palæograph. p. 164. n. 16.

ΜΗΤ. Μ̅–Ρ̅. ΜΡ. Omnia Μήτηρ, *Mater*. Gruterus p. 26. n. 7. Douſa Itiner. Conſtantinopol. in Theſauro Antiqu. Græc. Tom. VI. Item Grut. p. 1048. n. 2.

ΜΗΤΡΟΔ. Μητροδώρου, *Mitrodori*. Sponius Atticæ pop. p. 202.

ΜΙΘΡ. Μίθρα. Muratorius pag. 27. n. 7.

ΗΛΙΩ ΜΙΘΡ.

*Soli Mithræ*. Mithra namque Perſis Sol Deus eſt, proque illius virtute, totiuſque naturæ fœcunditate accipitur; quum idem ſit ac Oſiris Ægyptiorum. Eleganter Statius ad finem lib. 1. Theb.

..... *ſeu*

Digitized by Google

*. . . . . ſeu te roſeum Titana vocari*
*Gentis Achæmeniæ ritu, ſeu præſtat Oſirin*
*Frugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus antri*
*Indignata ſequi torquentem cornua Mithram.*

μNHCΘHC. Μνησθῇ σου, *memor ſit tui*. Marangonius in lib. de Rebus Ethnicis pag. 463. hanc exhibet Inſcriptionem.

ΔΗμΗΤΡΙϛ. ЄΤ. ΔΕΟΝΤΙΑ
cEIPIKE. ΦΕΙΛΙΕ. ΒΕΝΕμΕΡ
ΤΙ. μΝΗcΘΗC. ΙΗ. COYc
OKYPIOc. ΤΕΚΝΟΝ.

Atque ita interpretatur. *Demetris, & Leontia Siriciæ Filiæ benemerenti. Sit tui Dominus o Filia*. At in verſu tertio ſic in latinum vertenda omnino eſt: *Memor ſit tui Jeſus &c.* Illud enim minuſculum Sigma pro ΣΟΥ poſitum videtur, & interpunctione ſublata nomeu ΙΗCΟΥΣ manifeſte habetur.

Ille ſane loquendi modus in aliis Inſcriptionibus reperitur, uti videre licet in lapide apud Boldettum pag. 456., qui ſic habet:

ΑΥΡ. ΑΙΛΙΑΝΟΣ
ΠΑΦΛΑΓΩΝ ΘΕ
ΟΥ ΔΟΥΛο cΠΙΣΤοΣ
ΕΚΟΙΜΗΘΗ ΕΝ ЄΙΡΗ
ΝΙ ΜΝΗCΘΗ ΑΥΤΟΥΟ
ΘΕΟC IC ΤΟΥc ΑΙΩΝΑC.

Quem idem Cl. Auctor latine vertit: *Aurelianus Paphlagon Dei ſervus fidelis obdormivit in pace. Recordetur ipſius*

*Deus*

*Deus in ſæcula*. Primus tamen verſus ita vertendus eſt: *Aurelius Ælianus ex Paphlagonia*.

MNOC. Μηνὸς, *menſis*. Muratorius p. 86. n. 8.

MON. Μονηταρίων interpretatur Scaliger in Indice Gruteriano. *Monetarii* autem ſunt nummorum artifices. Sic Suidas: Μονητάριοι οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται. Gruterus pag. 173. n. 10. in marmore *Antipoli* Galliæ reperto.

ΜΟΣΧ. Μόσχου, *Moſchi* nomen proprium. Sponius Itiner. pag. 50.

ΜΣ. Μάρτυρες, *teſtes*. Muratorius pag. 592. n. 1.

MC☧ACI. Μένας pro Μῆνας Ι., *Menſes decem*. Monogramma vero, quod inter characteres illos eſt, Chriſti nomen repræſentat. Muratorius p. 1908. n. 2.

ΜΥΡΙ. Μυῤῥινούσιος, *Myrrhinuſius*, ex *Myrrhinunte*. Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 48.

ΜΧ. Μιχαὴλ, *Michael*. Gruterus p. 1048. n. 2.

Μ. Χ. Μνήμης Χάριν, *memoriæ gratia*. Muratorius pag. 1127. n. 7. Ubi ea ſigla minus recte ille explicat *Menſium decem*. Vide Cl. Corſinum p. 49.

N. Νεν-

Digitized by Google

## N

**N** Πεντήκοντα, *quinquaginta*. Boldettus p. 420.

.... ΡΟΘΕΟΥ ΤΥ ΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΥ ЄΝ ΙΡΗΝΗ Η ΨΥΧΗ ΑΥ
ΤΟΥ ΜЄΤΑ ΔΙΚЄѠΝ Η ΨΥΗΑΥ
ΤΟΥ ЄΤѠΝ Ν ΜΗΝѠΝ ΤΡΙѠΝ
Α

Quæ quidem Inſcriptio adeo barbare exarata, ab eodem ſic explicatur: *Dorothei dulciſſimi In pace anima ipſius, cum Juſtis anima ipſius Annorum* VIII. *Menſium trium*. A. Miror tamen cur notam hanc N. ſic VIII. expoſuerit, illudque Alpha ſolitarium omiſerit. Equidem N. in eo lapide *quinquaginta*, vel minimum *tredecim*, ſi ſecundum græci Alphabeti ſeriem acceptum fuerit, ſignificat: Illud vero A. Ἀπέθανεν ſonare videtur. Quare *Dorotheus annorum* L, vel XIII. *Menſium trium mortuus eſt*. Vide in A.

N. Τρία ϗ δέκα, *tredecim* quandoque ſignificat, quod probatur certiſſime ex Reineſii marmore Claſ. XIV. n. 30. p. 730., in quo Aurelius vixiſſe dicitur annos H. *octo*, menſes S. *ſex*, dies N. *tredecim*. Aliter enim ſcriptum fuiſſet menſes H. *octo*, dies K. *viginti*.

N. Νέρβαν, *Nervam*. In mutilo lapide apud Cl. Maffejum Gall. Antiq. p. 26.

.... ΟΥΑΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ CΕΒΑCΤΟΝ
*Ulpium Nervam Trajanum Cæſarem Auguſtum*.

N. NѠN. NѠ. Prima, & ſecunda Νώνων, *nonarum*. Tertia Νώνας ſonant. In Cathedra S. Hippolyti apud Gruterum p. 141.

p. 141. Muratorius pag. 1860. n. 9. In eadem S. Hippolyti Cathedra apud eundem Gruterum p. 140. At apud Fabrettum p. 590. num. 107. pro Νώναις ſumitur, quamvis ipſe Νωεμβρίου haud recte interpretetur. Vide infra in N.


N. Νοεμβρίοις, *Novembribus*. Fabrettus pag. 590. n. 107.

D. M.
ΠΟΠΟΥΛΗΝΙΑ
ΑΠΕΘΑΝΗΝ. Νω

Ubi idem Cl. Auctor Νω. Νωεμβρίου, Pater vero Corſinus pag. 50. Νώναις interpretatur; neuter tamen præcedentem notam hanc N. advertit. Quocirca *Populenia* Ἀπεθάνη, *mortua eſt Novembribus nonis*.

ΝΑΘ. Νατιῶνε, *Natione* Vindelicus nimirum; in latino marmore græcis litteris exarato apud Muratorium p. 798. n. 5.

ΝΑ. Ναὸς, *Templum*. In Epigraphe, quæ ſupra oſtium eſt majoris Eccleſiæ cujuſdam Siciliæ Oppidi, quod vulgus *Agrò* appellat; ea ſigla conſpiciuntur.



Ea autem vulgaribus Græcorum litteris ita ſcribitur: Ἀνεκαινίσθη ὁ Ναὸς οὗτος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου, καὶ Παύλου πρὸς Θεοστηρίκτου Καθηγουμένου τοῦ Ταυρομενίτου ἀπὸ οἰκείων ἀναλωμάτων. Μνησθείη αὐτοῦ Κύριος ἔτι ϛʹχπ. Ὁ πρωτομαΐστορ Γιράρδος ὁ Φράγκος.

*Renovatum eſt Templum hoc SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli a Theoſteriſto Abbate Taurome͏niti propriis ſumptibus. Recordetur ipſius Dominus. Anno* 6680. *Chriſti* 1172. *Protomagiſter Girardus Francus.*

*Taurome͏niti*, ſcilicet *Tauromenii*, quod Theoſterićti Monaſterium vel prope Tauromenium Siciliæ flumen, vel prope Urbem Tauromenium extaret. *Magiſtrorum* dignitas magna fuit antiquitus apud Græcos, ut quæ Conſanguineis etiam Imperatorum impertiebatur. Conſtantinus Manaſſes apud Joannem Meurſium in Gloſs. V. Μάγιστρος, ait: *Viri cujuſdam illuſtris, & clari, qui dignitate Magiſter, Conſanguinitate Imperatori junctus eſſet.* Intimis ſaltem Imperatoris conſiliis aderant, teſte Priſco in *Hiſt. Goth.* Quare optime Caſſiodorus *Var.* VI. *Reverendum honorem ſumit, quiſquis Magiſtri nomen acceperit.* At in noſtro lapide vocem Πρωτομαγίστορ, ſive Πρωτομαΐστορ pro *Architecto* accipi arbitramur.

N̅E̅. Forte numeralis nota eſt, LV. valens. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 93.

N. ΝΕΟΣ. N̅P̅. Singula, uti vult Cl. P. Corſinus p. 50. Νεώτερος *Junior* ſonant. M. ΘΑΛΗΣ ΠΡ ΔΑΣΟΥ M. ΘΑΛΗΣ. N ΔΑΣΟΥ. *Marcus Thales ſenior Daſi Filius. M. Thales Junior Daſi* Filius. Cyriacus p. 13. n. 96. Sponius Atticæ pop. p. 200. Vox autem hæc ΝΕΟΣ, quam habet marmor Spar-



Digitized by Google

tæ poſitum apud eundem Cyriacum p. 39. n. 253., ut mea opinio fert, non eſt Sigla. Sat enim per eam tantummodo Nicocles, ab alio Nicocle, quorum lapis mentionem facit, diſtinguitur. Vide Corſinum in *Addendis* p. 87.

NEAΠOΛ. Νεαπολίτης *novæ Civitatis Civis*. Gruterus p. 428. num. 11.

NEOKOY. NEΩ. Prima Νεωκόρου; Gruterus p. 1021. num. 9. Altera Νεωκόρος *Ædituus*. Attamen Cl. Maffejus pag. 63. Νεωφύλαξ interpretatur. Diverſum nomen, eadem ſignificatio.

NEPTE. Ἐνερτέρα *ſub terra jacenti*, ſive *mortuæ*. Vide in ABE.

NI. Νικήσας, *qui vicit*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 78. p. 347.

NIB. Sunt numerales notæ per Cl. Montfauconium Palæogr. pag. 147. in hac Epigraphe ETOYC ϛXOBMB, quæ apud Sponium eſt Itiner. p. 101. eo pacto emendatæ; ut annus Mundi 6672., Chriſti vero 1164., & Indictio XII. cum eo anno congruens habeatur. Quare character M. ex I., & N. caſu effictus indictionem ſignificat.

NOB. NOBEMBP. NOEMB. Prima, & altera Νοβεμβρίων. Tertia Νοεμβρίας, *Novembris* ſcilicet Kal. ſonant. Muratorius pag. 1857. n. 2. Idem p. 370. n. 1. & Fabrettus pag. 591. num. 203.

NΩ. Fabrettus pag. 590.

D. M.
ΠΟΠΟΥΛΗΝΙΑ
ΑΠΕΘΑΝΗΝ. NΩ

Idem Cl. Auctor ſiglam NΩ interpretatur Νοεμβρίου. At P. Corſinus Νώναις. Et Maffejus modo Nonas, modo Novembrem menſem autumat indicari. Sed, niſi decipimur, utrum-

utrumque habetur in appoſita Inſcriptione: *Populenia mortua eſt* Ἀπέθανη, ſeu ἀπέθανε Νοβεμβρίου Νωναις, *Nonis Novembris*; ut hæ ultimæ notæ N. NΩ. in eo lapide videntur innuere.

Ξ

ΞΑ Ἑξήκοντα, *ſexaginta*. Boldettus pag. 479.

ΠΑΤΡΙΚΙ
ЄΖΗCЄΝЄΤΙ
Ξ Τ

Quæ Inſcriptio ſic ab eodem latine redditur: *Patriciæ vixit annis* 73. At minus recte: quum reddenda fuerit. *Patricia*, vel *Patricius vixit annis ſexaginta tribus*. Montfauconius Diar. Italic. c. 28. p. 429.

Λ MEM
F
MEMΦIC
ETΩN <· Ξ <
XAIPE
V

*Lucius Memphis annorum ſexaginta. Salve*. Non aliud forte exprimit ea Epigraphe. Characteres ſiquidem alii, vel ornatus cauſa, vel pro Inſculpentis levitate adjecti ſunt: quemadmodum videmus in latino lapide Roma in Tuſculanum delato an. 1739.

EVTYCHES SORORI PATRICIAE
BENEMERENTI < Q < Bc ANN < XXX.

Ubi tamen interpunctionis locum obtinere videntur.

ΞΥCTAPX.

ΞYCTAPX. Ξυςάρχην; *Xyſti principem*. Sponius Miſcellan. Sect. X. n. 109. Vide in MAP.

## O

**O**A Ε'βδομήκοντα, *ſeptuaginta*. Gudius p. 369. n. 7.

ЄΤЄΛЄΥΤΗCЄΝ ЄΤΟΝ Ο
*Mortuus eſt annorum ſeptuaginta*.

O. Ε'βδομηκοςὸς, *ſeptuageſimus*. Reineſius Claſ. XVII. n. 24. pag. 821.

OI. Οἴου. Apud Sponium Itiner. p. 49. Vide in EΞOI.

OIKAT. Οἱ Κατοικȣ̃ντες, *habitantes*, ſeu *qui habitant*. Sponius Itiner. p. 154.

OIPN. Εἰρήνῃ, *pace*. Boldettus p. 369. ЄN OIPN, Ε'ν Εἰρήνῃ, *in pace*. In latinæ Inſcriptionis titulo.

OKTB. OKTΩBP. Ο'κτωβρίων, *Octobris*, nimirum Kal. utraque ſonant. Boldettus p. 417. Reineſius Claſ. XX. n. 375. p. 984.

ONHΣIM. Ονησίμου, *Oneſimi*, nomen proprium. Sponius Itiner. pag. 46.

OP. Ο'ρισάντων, *eorum*, *qui definiverunt*. In marmore Oxon. n. 33. p. 306.

OYAΛ. Οὐαληρίου, *Valerii*. Marmor Oxon. n. 102. p. 146.

OYIΓΙΛ. Ο'υιγίλων, *Vigilum*. Gudius p. 189. n. 7.

OYΛ. OYΛΠ. Prima Οὔλπιος, & Οὐλπίου, *Ulpius* &c. Altera Οὐλπίου, & Οὔλπιον. Muratorius p. 164. n. 3. Gruterus p. 60. n. 6. Vide in MAP.

OYPAN. Οὐρανίῳ, *Cæleſti*. Muratorius p. 164. n. 3.

Ȣ. Οὗτος, *Iſte*. Vide in NA.

## Π

ΠΑ. Ὀγδοήκοντα, *Octoginta*. Gruterus pag. 581. num. 10. Quandoque Ὀγδοηκοςὸς, *octogeſimus*. In lapide ad Sigla NA. expoſito ЄΤЄΙ ϚΧΠ. *anno ſexmilleſimo*, *ſexcenteſimo*, *octogeſimo*.

Π. Πέντε, *quinque*. In marmoreo Oxonienſi Chronico, in Sandvicenſi, aliiſque marmoribus non raro nota illa *quinque* ſignificat.

Ⓓ. Πεντήκοντα, *quinquaginta*, ea videlicet ratione, qua Π. *quinque*, & Δ. δέκα *decem* quinquies multiplicandum, quum in eo incluſum ſit, repræſentat. In ſupradicto marmoreo Oxonienſi Chronico.

Ⲡ. Πεντήκοντα, *quinquaginta*; quod character ille conſtare videtur ex Π. & Δ. Vide ſupra. Heſſelius in Smyrnenſi marmore n. 11.

Ⓗ. Πεντακόσια, *quingenta* fortaſſe, perinde ac ſi ſcriptum foret Ⓗ. In eodem Smyrnenſi marmore.

Π. ΠΡ. ΡΙ. ΠΡ. ΠΡ. ΠΡ. ΠΡ. ΠΟ. Singula Πρὸ, *ante* ſignificant. Fabrettus p. 588. Gudius p. 369. n. 7. Boldettus pag. 398. Gruterus p. 314. n. 2. Lupus p. 136. Sponius Miſcell p. 314. num. 93. In marmore Neapolitano apud Corſinum *Differt. agoniſticis* p. 101. Marangonius *de Rebus Ethnicis* p. 465. Boldettus loco mox laudato hanc profert Inſcriptionem.

ΚΡΗϹΚЄΝ
ΤΟϹ ΠΙЄ ΚΑ
ΛΔ ΝΑѠΝ
ΝΟЄ ΜΙΗѠΝ

*Creſcentius*, ſic idem interpretatur, *Kalendis Novembris*. At certo certius exponendum eſt: *Ante XV. Kal. Novembr.*

Π. ΠΔ.

Π. ΠΔ. ⊓. Ⱳ. ΠΟΔ. Πόδες, *pedes*. Lupus p. 64. ex Donio p. 362. Claſ. X. n. 38. INFR. Π. Ω. IN AGR. Π. Φ. *In fronte pedes* XXIV. *In agro pedes* XXI. Altera Πόδας. Muratorius p. 1917. ΠΔ. P. *pedes centum*. Tertia item Πόδες, Gualtherius in Tabulis Siculis pag. 28. K. ⊓. *Viginti pedes*. Quarta Πόδας, apud eundem Gualtherium, etſi nota illa ſignum eſſe dicatur arbori inſcriptum. Agitur enim ibi de agrorum diviſione. Ultima Ποδῶν ſonant. Donius p. 311. n. 192. Claſ. VII. ΜΗΚΟϹ. ΠΟΔ. Η̄. ΠΛΑ. Λ. *longitudo* pedum VIII. *latitudo* XXX.

Π. ΠΟ̄. ⊓̄. Π̇. Prima, & ultima Πόβλιος, *Poblius*, ſive *Publius*. Intermedia Πόβλιον ſignificant. Cyriacus pag. 14. n. 97. Muratorius p. 2064. n. 1. Idem Muratorius pag. 138. n. 2., & in Spartano marmore apud Corſinum Differt. III.

⊠. Πεντάκις χίλια, *quinquies millia*. In marmore Sandvicenſi.

ΠΑ. ΠΑΙ. Πούβλιος Αἴλιος, *Publius Ælius* utraque ſonant. Gruterus p. 1130. n. 8., & Sponius Atticæ pop. p. 161. Vide in ΑΓΕ.

Π̂. Παύλου, *Pauli*. Vide in ΝΑ..

ΠΑ. Forte Παλαιολόγου, ſcilicet Conſtantini *Palæologi* ſignificant in Lapide, quem Muratorius profert p. 2013. n. 11.

ΠΑΙΑ. Παιανιεὺς, *Pæanienſis* ex Pæania Atticæ pop.. Sponius Attic. pop. p. 200.

ΠΑΙΟ. ΠΑΙΟΝΙ. Utraque Παιονίδης, *Pæonides* ex Pæonia Atticæ pop.. Sponius Itiner. p. 49. & Attic. pop. p. 78.

ΠΑΛ. Παλατίνα, *Romana Tribu*. Gruterus p. 46. n. 1.

ΠΑΛ. ΠΑΛΛΗ. Παλληνεὺς, *Pallenenſis* ex *Pallene* Atticæ pop.. Sponius Itiner. p. 54., & Atticæ pop. p. 159.

ΠΑΜΦΙΛ. Πάμφιλος, *Pamphilus* nomen proprium. Gruterus pag. 60. n. 5.

ΠΑΝΚΡ.

Digitized by Google

ΠΑΝΚΡ. Παγκράτιον, Athletici certaminis genus ex pugilatu, & lucta miſtum, teſte Plutarcho *Sympoſ.* lib. 2. c. 4. Vel Παγκρατιαςὴς, *Athleta*, qui *Pancratio* certare ſolet. Muratorius p. 2019. n. 1. Vide in ΜΑΡ.

ΠΑΝ. Πάντων, *Omnium*. Scilicet Mater Natura. Apud Gruterum p. 26. n. 7.

ΠΑΠ. Cyriacus p. 39. n. 253.

Κ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΛΕΩΝ
ΚΑΙ ΙΕΡΕΙΑ. ΠΑΠ. ΘΥΓΑΤΗΡ
ΙΟΥ. ΦΙΛΗΡΑΤΙΔΑΣ

Cl. P. Corſinus pag. 52. conjicit, ibi Παπιρίου, ſive Πουβλίου Ἀππίου legendum eſſe; nihil tamen certo ſtatuit. Ego vero Παπαδία legerim, quæ vox, niſi fallimur, Sacerdotis Uxorem apud Græcos Vernaculos, vel Mulierem Sacerdotem ſignificat. *Cajus Julius Cleon, & Sacerdos Papadia Filia Julii Phileratidis.*

ΠΑΠΙΡ. Παπιρίου, *Papirii*. Gudius p. 79. n. 4.

ΠΑΡΑΚΑΤΙ. Παρακαταθέθαται, *Depoſitus eſt*. Murat. pag. 393. n. 7. Vide in ΡΟΥΦΕΙΝ.

ΠΑΡΑΜΙΘ. Παραμυθίαν, *Conſolationem*. Gruterus p. 428. n. 11.

ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ. Παραπροςάτȣ, ſive dorice Παραπροςάτα, *Præſidis*. In ærea Gallienſium tabula apud Gruterum p. 401.

ΠΑΡΑΣΚΕΥ. Παρασκευῆς, *Paraſceves*, ideſt dies Veneris in marmore apud Muratorium p. 405. n. 4., quod Reineſio, Muratorio, & Corſino ducibus exponimus, emendamuſque.

S ΟΙΡΗ-

ΟΙΡΗΝΗΣ ΕΤΗ
ΤΕϹϹΕΡΑΚΟΝ
ΤΑ ΚΑΙ ΙΕΡѠϹ ΤΕ
ΛΕΥΤΑ ϹΕΤΑ ΤΗΝ
ΥΠΑΤΙΑΝ ΤΩΝ
ΔΕΣΠΟΤΩΝ
ΗΜΩΝ ΒΑΛΗΝ
ΤΙΝΙΑΝΟΥ ΤΟ
ΠΕΜΠΤΟΝ ΚΑΙ ΑΝΑ
ΤΟΛΙΟΥ ΤΟΥ ΛΑΜ
ΠΡΟΤΑΤΟΥ ΕΝΙΟ
ΝΙ ΠΕΡΙΤΙΟΥ ΕΚΤΗ
ΚΑΙ ΤΗ ΕΡΑΟΜΗ ΕΤΟ
ΦΗ ΗΜΕΡΑ ΠΑΡΑϹ
ΚΕΥ ΚΑΙ ΑΝΑϹΤΑ......
ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΧΡΙϹ
ΤΟΥ ΕΣΚΑΜΕΝΟΥ

Ἐρήνη (ἔζησεν) ἔτη τεσσαράκοντα, καὶ ἕν. Ἐτελεύτα μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν Δεσποτῶν ἡμῶν Βαληντινιανοῦ τὸ πέμπτον, καὶ Ἀνατολίου τοῦ λαμπροτάτου, ἐν μηνὶ περιτίου ἕκτη, καὶ τῇ ἑβδόμῃ ἐτάφη ἡμέρᾳ παρασκευῆς, καὶ ἀνασθήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ Χριστοῦ ἐσχάτῃ. *Irene* (vixit) *annos quadraginta & unum*. *Mortua eſt poſt Conſulatum DD. NN. Valentiniani quintum*, *& Anatolii Clariſſimi*, *menſis peritii die ſexta*, *& ſeptima ſepulta eſt die Paraſceves*: *& ſurget die Chriſti extrema*. Equidem Cl. P. Corſinus Diſſert. I. pag. XVI., & XVII. Peritium Syro-Macedonum menſem eſſe, atque a Februarii Kalendis incipere rectiſſime probat. Quum enim ſcriptum ſit in marmore, *poſt Conſulatum Valentiniani quin-*

*tum*,

*tum*, *&* *Anatolii*; quod anno Chriſti 441. evenit, Irenem objiſſe, ſeptimaque Peritii die, quæ fuit paraſceve, ſepultam eſſe, neceſſario ſequitur, menſem peritium non aliunde, quam ab ipſis Februarii Kalendis occœpiſſe: ſic enim ſeptimam dicti menſis diem in paraſcevem, ſextamve feriam, eo anno ſcilicet 441. incidiſſe conſtabit. Februarius quippe menſis a Sabbato certiſſime initium ducebat. Legeſis Cl. Viri Diſſertat. ſupra citatam. Poſtremam marmoris vocem Cl. Reineſius ΔΕΞΑΜΕΝΗϹ, ac ſi Irene *reſurrectionem ſortita* dicatur. Cl. P. Corſinus ΕΥΧΑΜΕΝΗΣ, ſive ΕΥΧΑΜΕΝΗ *rogans* legit. Illud enim ANACTA.... quod in quinta decima linea eſt ANACTAσιν interpretantur. At magis mihi cum marmoris ſenſu congruens viſa ea lectio eſt, tot inter diverſa marmoris exemplaria: ANACTήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ Χριστοῦ ΕΣΧΑΤΗ. Poſtremo Reineſius, & Muratorius putarunt *Domini noſtri* titulum ſolis *Auguſtis*, & Cæſaribus fuiſſe tributum, quumque *Anatolius* neque Cæſar, neque Auguſtus eſſet, ideo Reineſius in eo marmore pro ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΗΜΩΝ legit ΔΕΣΠΟΤΟΥ, ut vox hæc ſoli Valentiniano, qui & Cæſar, & Auguſtus erat, adſcriberetur. Muratorius vero, quum marmor, quod apud Gudium pag. 372. n. 3. reperitur recte legiſſet: *Poſt Conſulatum Dominorum noſtrorum Valentiniani quintum*, *&* *Anatolii*: continuo adjecit: *ſed Anatolius nunquam Cæſar, vel Auguſtus fuit. Quare contra morem* DD. NN. *interpretari opus erit* Domini Noſtri. Verum certis clariſſimiſque monimentis aliis, quæ apud eumdem P. Corſinum Diſſert. I. p. IX. & X. habes, planum fit, *Domini noſtri* titulum privatis etiam Civibus Conſulatus munere ornatis ea tempeſtate attribui conſueviſſe.

S 2 ΠΑΡΗΣ.

Digitized by Google

ΠΑΡΗΣ. Παρῆσαν, *aderant*. Gruterus p. 428. n. 11.

ΠΑΡΟ. & ΠΑΡΟΔΟΙΙ. Utraque Παροδῖται, vel Παροδῖτα ſonant, *Viatores*. Muratorius pag. 1137. n. 6., & Donius in Collectaneis Inſcript. Vide in ΛΟΔΙΚΕΥΙ.

ΠΑΡΘ. Πάρθικον, *Parthicum*. Antoninum videlicet. Sponius Itiner. p. 116.

ΠΓΘΟΝ. Παναγίαν Θεοτόκον, *Sanctiſſimam Deiparam*. In appendice marmor. Oxonien. n. 23. p. 306.

ΠΕ. Muratorius p. 582. Vide in ΑΙ.

ΠΕ. Πέμπτον, *quintum*. Donius in Schedis adhuc ineditis p.63. apud Corſinum in *Addendis* p. 88.

Π̓Ι. Πέτρου, *Petri*. In marmore, quod retulimus in ΝΑ.

ΠΕΙ. & ΠΕΙΡ. Πειραιεὺς, *Piræenſis* ex *Piræeo* Atticæ pop.. Sponius pop. Attic. p. 159., & Itiner. p. 53.

ΠΕΝΤ. Πένταθλον, ſive Πένταθλος, *Quinquertium*, vel *Quinquertio*. Muratorius p. 2019. n. 1. Porro Quinquertium ſunt ea quinque certamina, quibus *Quinquertio* ſeſe exercebat. Diſci nimirum Jactus, Curſus, Saltus, Lucta, & Jaculatio; quibus Latini natationem, equitationemque adjecere.

ΠΕΡΓΑΣΗΘ. Περγασῆθεν, *Pergaſeus* ex *Pergaſe* Atticæ pop. Marmor Riccardianum in faſtis Atticis Tom. I. p. 170.

ΠΕΡΙΒΑ. Περιβλέπτου, *ſpectabilis*. Montfauconius Palæograph. pag. 174.

ΠΗ. Πήλεξ, *Pelex* ex *Pelece* Atticæ pop.. Sponius pop. Attic. pag. 169.

ΠΙΒ. Numerales notæ apud Cl. Boldettum p. 368. prave exaratæ, nimirum loco Η. ΙΒ. ἡμερῶν ΙΒ. *dierum* XII.

ΠΙΤΘΕΥ. Πιτθεὺς, *Pittheus* ex *Pittho* Atticæ pop. Marm. Riccard. in faſtis Atticis Tom. I. p. 170.

ΠΙΤΤΑ.

Digitized by Google

ΠΙΤΤΑ. Πιττάκου, *Pittaci* fortaſſis, nomen proprium. Inter Sherardi marmora apud Corſinum in *Addendis* pag. 88.

ΠΛΑ. ΠΛΑΤ. Utraque ſonant Πλάτος, *latitudo*. Donius p. 311. n. 192. Muratorius p. 1010. n. 6.

ΠΛΙΛΙΑ. Ποβλίλια, *Publilia*. Sponius Itiner p. 106.

Π. ΠΟ. ΠΟ. ΠΟ. Prima Πόβλιος, *Publius*. Altera, & tertia Πόβλιον. Ultima forte Πουβλίῳ valent. Muratorius p. 2064. n. 1. Idem p. 138. n. 2. In Spartano marmore apud Corſinum Diſſert. III. Marangonius in Appendice p. 75.

ΒΙΝΚΕΝΤΙΩ
ΠΟ. ΚΟΖΟΥΓΙ. CΙ
ΖΟΥΛΙΑΝΗ

*Vincentio Publio*, vel *Pio*, *Pientiſſimo Conjugi ſuo Juliana* poſuit. Fieri etiam poteſt, ut ſyllabæ ΠΟ. & CΙ, quamvis ſeparatæ, ad hanc vocem ΠΟCΙΤ ſpectent; quemadmodum in aliis quoque marmoribus id factum eſſe aliquando comperimus.

Fuſe de eiſdem notis ΠΟ & CΙ agit Cl. P. Corſinus; modoque putat, per priorem ſignificare poſſe *Pio*, *Pientiſſimo*, & modo per utramque ΠΟCΙΤ, aut ΠΟCΟΥΙΤ exprimi: idque Inſcriptione alia, quæ eſt apud Cl. Gorium Part. I. num. 30. pag. 300., in qua legitur ΠΕΣΥΤ pro ΠΟCΟΥΙΤ confirmare annititur pag. 55. At tanto apparatu ad eas explicandas, uti arbitror, non eſt opus. Non ſemel enim ΠΟ pro Πούβλιος, & CΙ pro CΟΥ poſitum cernimus in monumentis.

ΠΟ. Πόλιος, *Urbis*. Heſſelius in Appendice Præf. n. 34., revera tamen Sigla non ſunt, quum in marmore expreſſe legatur ΠΟΛΙΟΣ.

ΠΟ.

ΠΟΛΥΜΝΗ. Πολυμνήςου, *Polymneſti*. Nomen enim proprium videtur eſſe, apud Sponium Attic. pop. p. 201.

ΠΟΜ. ΠΟΜΠΕΙ. Prima facile Πομπαῖος, altera Πομπαίῳ *Pompejo* ſonant. Sponius pop. Atticæ p. 201. Gruterus p. 1144. num. 10.

ΠΟΜΠΟΝ. ΠΟΜΠΩ. Altera Πομπόνιον, altera Πομπώνιον, & Πομπωνίου, *Pomponii* ſignificant. Montfauconius Palæogr. p. 164. n. 14. Cyriacus p. 38. n. 247., & Murat. p. 559. n. 4.

ΠΟΠ. Ποπιλίου, *Popilii*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 4. p. 319.

ΠΟΡΙ. Πόριος, *Porius*. Ex *Poro* Atticæ populo. Sponius Itiner. pag. 50.

ΠΟΣ. Ποσειδεῶνος. Athenienſium menſis, quem ut Neptuno ſacrum, Romanorum Januario ineunti reſpondere putat Plutarchus in *Cæſare*, Suidas Decembri. Vide in ΑΠΙ.

ΠΟΣΤΟΥΜ. Ποςούμιος, *Poſtumius*. Muratorius p. 2019. n. 1.

Π. Π. Πρῶτος Πατέρων, vel Πατὴρ Πόλεως, ſive Πατὴρ Πατρίδος, *Primas Patrum*, *Pater Civitatis*, *Pater Patriæ*. Quemadmodum in Latinis Inſcriptionibus grammata hæc P. P. *Pater Patriæ*, *Pater Patratus*, vel *Pater Patrum* ſignificant; ut omnibus fere notum eſt. Sponius Atticæ pop. pag. 125.

ΠΠ. ΠΠΑΤ. Altera quidem Πατρὶ Πατρίδος, altera vero Πατέρα Πατρίδος ſonant. Gruterus p. 68. n. 5. Donius p. 88. n. 73. Claſ. II.

ΠΟΙΜΕΝ. Ποιμένες, *Paſtores*. In lapide, quem dedimus in ΙΝΔ.

Π. ΠΡΕ. Utraque Πρεσβύτερος, *Senior* ſignificant. Muratorius p. 571. n. 1. Sponius pop. Atticæ p. 200.

Μ. ΘΑΛΗΣ Π. ΔΑΣΟΥ Μ. ΘΑΛΗΣ. Ν. ΔΑΣΟΥ.

Quam

Digitized by Google

Quam epigraphen Latinus interpres mihi videtur non recte vertiſſe : *Marcus Thales pronepos Daſi*, *Marcus Thales nepos Daſi*. Itaque reddiderim : *Marcus Thales ſenior* filius *Daſi*, *Marcus Thales junior* filius *Daſi*.

ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΠΡΕ. ΘΕΟΔΩΡΟΣ N̄P

*Theodorus ſenior. Theodorus junior.*

ΠΡ. Πρίμα fortaſſe, proprium nomen, & latina vox græcis ſcripta litteris. Marangonius in *Appendice* p. 69.

Π̄Ρ. ΠΡΩΝ. Altera Πατὴρ, Πατέρων altera ſonant. Marangonius *de Rebus Ethnicis* p. 459. In marmore, quod expoſuimus in ΙΝΔ; & in lapide Oxonienſi p. 306. n. 33.

Π. Πρὸς, *a* vel *ab*. In marmore, quod videas in NA.

ΠΡΑΙΤΩΡ. Πραιτωρίας, *Prætoriæ* Claſſis nimirum Miſenenſis. Muratorius p. 1086. n. 2.

ΠΡΑΙΦΕΚΤ. Πραιφέκτῳ, *Præfecto* latina vox græcis literis exarata. Duodecim erant Præfecti, qui Conſulibus in extraordinario Milite legendo ſedulam navabant operam. Gruterus p. 458. n. 1.

ΠΡΕΣΒ. Πρεσβευτὴν, *Legatum*. Montfauconius Palæogr. p. 158. num. 3.

ΠΡΕϹΒΥ. Πρεσβυτέρȣ, *Presbyteri*. In Schedis ineditis Donii apud Corſinum in *Addendis* p. 88.

ΠΡΙ. Πατρὶ, *Patri*. Cl. Maffejus apud Corſin. in *Addendis* p. 88.

ΠΡΙΔ̄Ι. Πατρίδι, *Patriæ*. Inter Sherardi marmora a Salvinio exſcripta apud eundem Corſinum, eodemque loco.

ΠΡΙΜΙΓ. Πριμιγήνιος, *Primigenius* nomen proprium videtur eſſe apud Muratorium p. 34. n. 4.

ΠΡΟΓΕΓΡ. Προγεγραμμένȣ, *ſuprascripti*. In marmore Ticinenſi apud Maffejum p. 66.

ΠΡΟ.

ΠΡΟ. ΓΙ. In marmore, quod Gorius ponit Part. III. n. 358. p. 262., quodque in Agro Romano anno 1740. repertum, Volaterris in Muſeo Guarnaccio ſervatur: ea autem Sigla Cl. P. Corſinus alterius Inſcriptionis lumine, in qua apud Reineſium pag. 935. n. 160. expreſſe legitur ΡΕΚΕΠΤΟΣ ΕΝΕΡΗΝΗ ΠΡΟΑΓΕΙ, *Receptus in pace procedit*. ΠΡΟΑΓΕΙ ſimiliter legit. En tibi Inſcriptionem ipſam.

B. I. KEN. TI. OYC.
E. NI. PHNH
ΠΡΟ. ΓΙ

Quæ quidem ſimilis eſt ejus, quam in Calliſti Cœmeterio inventam vulgavit Cl. Boldettus pag. 477., ornatam inſuper in ſiniſtra marmoris parte avicula oleæ ramuſculo inſidente.

BIXENTI. OYC
Є. NI. PHNH
ΠΡΟ. A. ΓΙ.

*Vincentius in pace procedit*. Haud tamen negaverim in ultimo expoſitarum Inſcriptionum verſu quid Kalendarum, vel Iduum fuiſſe fortaſſis expreſſum, quemadmodum nec ipſe P. Corſinus p. 58. negare videtur.

ΠΡΟΞΕΝ. Προξένου, *Hoſpitis*, vel *Proxeni*. Nomen enim proprium eſſe videtur apud Sponium Itiner. p. 49.

ΠΡΟΣΑΓΡ. Πρὸς Ἄγραν, *ad Agram* Atticæ pop., ſive Προσαγραῖος. Sponius pop. Atticæ pag. 79.

ΛΙΚΙΝ-

ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ ΚΟΛ.
ΗΓΕΜΩΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΠΡΟΣΑ.
ΓΡ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ ΠΟΘΕΙΝΟΥ ΕΡΙ

*Licinnius Polyænus ex Colytto. Hegemon Epictetus ad Agram,* nimirum populum pertinens. *Dionyſius Melitenſis. Heraclides Pothini filius ex Ericia &c.*

Verum Cl. Maffejus p. 67. Κολωνεὺς πρὸς Ἀγορὰν ἡγεμὼν legit; etenim *Coloneus ad forum dici potuit, cum is populus* Ἀγοραῖος *etiam dictus eſſet, ut a Colono extra Urbem diſtingueretur.* In Etymologico ſiquidem habetur Ἀθήνησι δὲ δύο Κολωνοί, Ἵππιος, καὶ Ἀγοραῖος. *Athenis vero duo ſunt Coloni, Equeſtris, & ad forum.* Hæc quamvis probabilitate aliqua dicta ſint a Viro doctiſſimo, nihilominus Cl. P. Corſini Interpretatio, quam primo loco expoſuimus, ut planior, explicatiorque anteponenda; nulla ſiquidem in ea vocum mutatio, nulla tranſpoſitio; contra vero in Maffeii interpretatione non modica fit, pauloque liberior. Ita enim legi debere autumat. Λικίννιος Πολυαίνου Κολωνεὺς πρὸς Ἀγορὰν ἡγεμὼν: Επίκτητος Διονυσίου Μελιτεὺς. Ηρακλείδης Ποθείνου Ερικεὺς. Quæ ſane a marmoris veritate abhorrere videtur. Adde quod apud Uheelerum Elaphebolionis menſis, *Februarii* videlicet, & Licinnii Polyæni mentio fit, quod Sponius in recenſendis atticis menſibus, iiſque Civibus, qui ſingulis menſibus *Gymnaſiarchæ* munus obiverant, omiſit; nitideque apud illum legitur. ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝΑ ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ. Ex quo colligitur apertiſſime, Licinium non Ἡγεμόνα, ſed Gymnaſiarcham, verum ejuſdem nomen *Licinium Polyænum*, ejuſdem-

que Populum *Colyttum* fuiſſe. Vide in ΚΟΛ., & Cl. P. Corſinum p. 38., & 58.

ΠΡΟΤ. Πρώτης fortaſſe, hoc eſt *Pridie nonas*. Boldettus p. 368.

ΠΡs. Πέτρος, *Petrus*. Heſſelius inter Epheſina marmora n. 17. Ubi ille dicitur Εἰρηνοποιὸς *Præfectus pacis*, ſeu *qui pacem inter diſſidentes conciliat*.

ΠϹΡΓЄЄ. Πρὸς Γέᾳ, *In Terra*. In celebri Anonymi libello de ſeptem dormientibus pag. 48.

ЄΥμΥΡΙ
ΟΝΗϹΙ
μЄ ΟΥ
ΔΙϹ ΑΘΑ
ΝΑΓΟϹ
ΠϹΡΓЄЄ

*Felix ſis, bonaque ſorte contentus Oneſime. Nemo immortalis in Terra*. Εὐμύρι enim pro Εὐμοίρει ſcriptum fuiſſe videtur; quum qui monumentum poſuit, Oneſimum Martyrii ſorte donatum alloquatur. Quare minus apte libelli auctor interpretatus eſt: *millies bene Oneſime*. Cl. P. Corſinus pag. 59. ſic ea Sigla legit ΥΠЄΡ ΓЄϹ. *ſuper terram*. Haud equidem contemnenda interpretatio.

Π. Τ. Πορίσαντες Τόπον, *Loco empto*. Reineſius Claſ. XI. n. 71. pag. 633.

Π. Υ. ΑΙΜ. Πουβλίου Υἱὸς Αἰμιλίᾳ, *Publii Filius Æmilia Romana Tribu*. Sponius pop. Atticæ pag. 225.



Digitized by Google

P

**P**A Eʽκατὸν, *Centum*. In marmore Oxon. n. *16*. p. 80.

P. Gruterus p. *667*. n. *5*. P. ΑΛΦΗΝΟΣ ΜΑΡΤΙΑΛΙΣ. Vide in ΛΟΔΙΚΕΥΙ., ubi legitur ΠΑΛΦΗΝΟΙ ΜΑΡΤΙΑΛΗΙ. Quare illud P. in Π. mutandum videtur, legendumque Πέβλιος, *Publius*: Quum nullum Romanorum prænomen a græca littera P., ſive latina R. inceperit. Et ſane inter ſex, & quadraginta prænomina Romanorum (tot enim reperit Onuphrius Panvinius) nullum omnino eſt, ſi Remus, & Romulus excipiatur, quod ab ea littera incipiat.

PA. In Oxonienſi marmore p. *264*. M. PA. ΡΟΥΦΟΣ. *Marcus* ΡΑβίριος, *Rabirius* fortaſſe *Rufus*.

ΡΓΕΝΙΔΑΣ. Αʼργενίδας, *Argenidas*. In Anaglypho Cl. Comitis Silveſtri; de quo ſupra diximus. Ea autem Epigraphe talis eſt.

ΡΓΕΝΙΔΑΣ ΑΡΙΣΤΟΓΕΝΙΔΑ ΔΙοΣΚοΡοΙΣ
*Argenidas Ariſtogenidæ* Filius *Caſtori*, *&* *Polluci*. Dicavit.

ΡΙΓ. Numerales notæ ſunt Niceratum Aeram ſignificantes: annum videlicet CXIII. Legeſis Cl. Bartoli Diſſert. II. p. 202.

ΡΑΗ. Muratorius pag. 1142. num. 1. hanc exhibet Inſcriptionem, ubi eæ notæ.

Θ. K
ΒΗΡΥΛΛΟC
ΕΖΗCΕΝ ΕΤΗ
ΡΑΗ
Η ΜΗΤΗΡ
ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ

T 2 Ubi

Ubi Cl. Vir apud Corſinum pag. 60. interpretatur annos CXXXVIII. Quapropter Berylli Matrem, quæ Filio monumentum poſuit, longiorem vixiſſe ætatem dicendum eſſet. At utrumque incredibile videtur. Cl. vero P. Corſinus in verſu tertio aliquid excidiſſe, vel temere irrepſiſſe arbitratur. At integra mihi videtur Inſcriptio, atque ita exponenda. *Beryllus vixit annos* XXVIII. *dies* VIII. *Mater loculum fecit*. In lapidibus namque litteræ ſecundum Alphabeti ſeriem non ſemel numerantur. Itaque quum P. in ſede XVII., & Λ. in undecima ſint, ex utraque ſimul ſumpta prænotatus ſurgit numerus XXVIII. Duplex autem H. proxime ſequens Ἡμέρας alterum, *Dies* nimirum; alterum vero numerum VIII. inibi ſignificare nobis viſum eſt.

P. N. Z. Notæ numerales annum 157. in Meſſeniorum Æra indicantes. Marmor enim, ubi notæ illæ, Meſſenæ poſitum fuit. Reineſius Claſ. V. n. 52. p. 386.

ΕΠΙ ΙΕΡΕΩC ΚΡΕCΦΟΝΙΟΥ ΕΤΟΥC
P. N. Z.
*Sub Sacerdote Creſphonio anno 157.*

Ovidius de Meſſena lib. 6. Metamor.

*Meſſeneque ferox, Patræque, humileſque Cleonæ.*

Meſſenii Populi quum iterum, iterumque a Lacedemoniis defeciſſent, talem ab his in ſervitutem redacti fuere, ut proverbium hoc inde oriretur: *Meſſena ſervilior*, in eos videlicet, qui alieno vivunt arbitrio.

PNΣT. In marmore apud Margarinum num. 55. At Gruterus idem referens marmor notas illas ſic expreſſit: PNϚ ideſt CLVI.

POH.

ΡΟΗ. Gruterus pag. 146. n. 3. in marmore a Democrate Amaſeno Miſidi uxori ſuæ poſito, cujus poſtremæ voces ſunt:

ΕΤΟΥΣ ΡΟΗ

Haud equidem Miſidis ætatem, uti Fleetvoodus p. 253. n.2. putavit, ſed annum 178. in Amaſenorum Æra ſignificantes.

ΡΟΥ. ΡΟΥΦΕΙΝ. ΡΥΘΗΝ. Prima Ῥουφῖνυ, *Rufini*. Muratorius p. 1397. n. 1. Sequentia, quæ apud eundem Murat. p. 393. num. 7., & Oliverium pag. 66. num. 163. habentur Ῥυφίνῳ ſignificant.

ΔΙΟCΚΟΡΟS ☧ ΝΑΥΚΛΗΡΟC ☧ ωΔΗ ☧ ΗΚΥΜΙΘΗ ☧
ΕΝ ☧ ΗΡΗΝΙ ☧ ΗΖΗC ΗΤΗ ☧ Κ.Η. ΠΑΡΑΚΑΤΙ
Θ. ΚΑΛ. ΜΑΡ. ΥΠΠΑΤ. Τω ΑΡΚΑΔ. C. ΚΑΙ ΡΟΥΦΕΙΝ.

Non paucis, ut advertis, ſcatet mendis inſcriptio hæc, quam ita latinam fecerim. *Dioſcorus Nauclerus hic obdormivit in pace. Vixit annos* XXVIII. *Depoſitus eſt* IX. *Kal. Martias Conſulibus Arcadio Auguſto, & Rufino*. Septies monogramma illud Chriſti nomen repræſentans in lapide ſcriptum fuit, ut oſtendatur, niſi falſus ſim, Dioſcorum Chriſto, qui pax noſtra eſt, ſemper vixiſſe. *Plerumque enim*, ait S. Auguſtinus de Doct. Chriſti lib. III. c. XXXV. *hujuſmodi numeri pro univerſo tempore ponuntur*.

Verum Cl. Oliverius inter marmora Piſaurenſia loco citato eandem proferens Inſcriptionem, verſum ſecundum ita legit.

ΗΤΗ ☧ ΟΣ. ΙΑΡΑΚΑΤΙ. Θ. ΚΑΛ. ΜΑΡ.
ΥΠΠΑΤ. Τω. ΑΡΚΑΔ. Κ. ΚΑΙ. ΡΥΘΗΝ

Interpretaturque. *Vixit annos* LXXVI. *Depoſitus* IX. *Kal. Martii Conſulatu Arcadii Cæſaris, & Rufini*. Atque optime ſuſpicatur ille K. in lapide pro B. irrepſiſſe. Conſulatus

Digitized by Google

tus ſiquidem Arcadii in eo notatus, quique in Faſtis omnibus anno Chriſti 392. tribuitur, ſecundus fuit, jam enim ille an. 385. Conſul I. una cum Bardone extiterat.

PPIωN. Ο'κτοβρίων, *Octobris*, vel alterius ex ultimis anni Romani menſibus. Murat. p. 1819. n. 3.

PωM. ΡΩΜΥ. Altera quidem Ρωμαῖος, *Romanus*. Altera vero Ρωμαίου. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 128. p. 374. Atque Reineſius Claſ. V. n. 7. p. 357.

Λ. Κ...ΚΙΟΣ ΚΥΡ. ΠΡΟΥΔΗΝΣ
ΙΠΠΕΥΣ ΡΩΜ.

*Lucius Caſtricius Cyrina Tribu Prudens Eques Romanus.*

Næ ratio Tribuum conſtans fuit apud Romanos, earumque numerus decurſu temporis auctus; ut tandem fierent XXXV. aliæ ruſticæ, Urbanæ aliæ: illæ vel a Locis, vel a Gentibus accepere nomen. Hæ a Locis etiam ut Tribus Eſquilina, Collina, Palatina &c. dictæ, in quas initio omnes nobiliores homines conjecti ſunt. Nomina Tribuum ex Scriptoribus, inſcriptionibuſque collegit Cl. Carolus Sigonius *de jure Civium Rom.* lib. 1. c. 3. Heſſelius inter Epheſina marmora num. 47.

ЄπΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ
κλΑΥΔΙΟΥ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΡΩΜΥ

*Sub Rectore Tiberio Claudio Diodoro Romano.*

Σ. ΕΞ

Digitized by Google

## Σ

Σ. Ε'Ξ, *ſex*. Gruterus p. 667. n. 9. ΕΤΩΝ Η. ΜΗΝΩΝ Σ. *Annorum octo*, *Menſium ſex*.

S. S. Prima in Cathedra S. Hippolyti. Altera apud Cl. Boldettum p. 411. Illa Ε"ξ, *ſex*, hæc ἕκτη, *ſexta* ſignificant. Vide in ς.

Ɛ. Hæc ſimiliter Ε"ξ, *ſex* apud Cl. P. Lupum p. 68., & Gudium p. 318. n. 7., & Ε"κτου, *ſexti* ſonant apud Gruterum p. 210. Τοῦ Ɛ. ΚΛΑΡΟΥ. *Sextæ ſortis*.

C Ε"ξ, *ſex*. Muratorius p. 1126. n. 7. ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΤΗ. ΛC. *Qui vixit annos* XXXVI.

Σ. Διακόσια, *ducenta*. In marmore Oxonienſi n. 16. pag. 89. Ubi nota illa κεραμίδων *tegularum* numerum ſignificat.

C. Διακοσιοςῆ, *ducenteſima*. Gruterus p. 314. n. 1. ΟΛΥΠΙΑ ΤΑ ΕΝ ΠΕΙCΗ. CΜ. ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ. *Ludi Olympici in Urbe Piſæ*, quæ Elidis eſt in Peloponneſo, *ducenteſima quadrageſima Olympiade*.

C. In eximio Sandvicenſi marmore, quod a Cl. P. Corſino Diſſert. VI. egregie illuſtratur; ubi character ille nota eſt *oboli ſemiſſis*, ſeu *oboli cum ſemiſſe*.

C. Σύμβιος, vel Σύζυγος, *Conjux*. Reineſius Claſ. XX. n. 375. p. 984. explicate habetur apud Cl. Boldettum p. 391.

AVR. ΗΛΑΥΔΙΑΝΟΣ
ΣΕΜΝΗ ΣΥΜΒΙΩ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ

*Aurelius Claudianus*, vel forte *Aurelianus honeſtæ Conjugi* ſuæ *dulciſſimæ*. At Boldettus latine reddidit *Conjugi*.

C. Σεπτεμ-

C̄. Σεπτεμβρίου, *Septembris*. Marangonius *de Rebus Ethnicis* pag. 462.

ΚΑΡΠΟΦΟΡΩ
ℼ C̄N̄ΩΝΩ

Hanc autem Epigraphem ſic reddidit latine idem Cl. Auctor. *Carpophoro ante diem* V. *Non. Nov.* Verum a Cl. Corſino, nullam novembris menſis *diem quintam ante nonas* appellari potuiſſe animadvertente, hæc in eam dicuntur. *Ita fortaſſe marmoris nota ſuppleri, legique poterit ut* Νώνων *dicatur*; *Carpophorus nempe* V. *Nonas diſſimulato menſis nomine, obiiſſe exiſtimatur*; *adeoque ipſius mors in martium, vel majum, vel julium, vel octobrem menſem inciderit, in quorum ſingulis quinta ante nonas dies haberi conſueverat*. Hæc autem ingenioſe quidem, & probabilitate magna ab eo dicta ſunt. At obvia magis, ut ita loquar, planiorque expoſitio noſtra videtur. *Carpophoro, qui pridie Septembres nonas mortuus*, vel *depoſitus eſt &c.*

S. Interpunctionis locum non ſemel obtinuit ea littera in græcis marmoribus. Margarinus pag. 62. num. 5.

ΠΡΟs. ΙΑ. ΚΑΛs ΜΑ.....
ΠΡΟ ΙΑ. ΚΑΛ ΜΑ.....

XI. Kal. *Majas*, vel *Martias*. Et num. 13.

ΘΕΟΔΩΡΑs ΤΗ
ΑΕΙΜΝΗC ΤΟCΥΜΒΙΩ
ΙΒΙΩCΑΜΕΝΗ

Ideſt. Θεοδώρᾳ τῇ ἀειμνήςῳ Συμβίῳ συμβιωσαμένῃ. *Theodoræ ſemper memorandæ Conjugi, quæ mecum vixit....*

C. Σοῦ,

C. Σοῦ, *tui*. Vide in ΜΝΗCΘΗC.

C. Cωτεῖρας fortaſſe *Servatricis*. Gudius p. 104. n. 5.

Ο ΙΕΡΕC. ΤΟΥ. ΑΥΡ. ΜΟΥCΩΝΙΟΥ. ΑCΙΛΟΥ
ΑΡΤΕΜΙΔΟC
C. ΕΦΕCΙΩΝ

*Sacerdos Aurelii Muſonii*, *inviolabilis Artemidos*, ſive Dianæ, *quæ ſalutem dat Epheſiis*. At vereor, ne Inſcriptio iſthæc recte ſculpta ſit, in prima præſertim linea, ubi legere mallem: Ο' ἱερεὺς Αὐρήλιος Μουσόνιος.

C. Cεβαςῷ, *Auguſto*, Arcadio videlicet. Muratorius p. 393. n. 7. Vide in ΡΟΥΦΕΙΝ.

Σ. Σμυρναῖος, ſive Σμυρναίων, *Smyrnæorum*. In marmore apud Heſſelium, ubi legitur.

Ο
ΔΗΜΟΣ
Σ

Vide Corſinum pag. 62.

C. Εἰς, *in*. Boldettus p. 417.

ΣΑΡΑΚΟΣΤΗ. Τεσσαρακοςῇ, *quadrageſima*. In marmoreo vaſe, quod in Templo noſtri Cœnobii, vulgo *Patiro* nuncupati, ſupraque Coriolanum citerioris Calabriæ oppidum poſiti, ſervatur.

ΡΗΓΟΣ ΚΡΑΤΑΙΟΥ ΤΟΙΣ ΧΡΟΝΟΙΣ ΡΟΓΕΡΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΝΟΣΙΟΥ ΛΟΥΚΑ ΤΩΝ ΜΟΝΟΤΡΟΠΩΝ
ΑΡΧΕΙΝ ΛΑΚΟΝΤΟΣ ΣΚΕΥΟΣ ΕΙΡΓΑΣΤΑΙ ΤΟΔΕ
ΠΕΜΠΤΗ ΣΑΡΑΚΟΣΓΗ ΠΡΟΣ ΕΞΑΚΟΣΙΩ
ΕΚΤΗΤΕ ΧΙΛΙΑΔΙ ΠΑΡΟΔΩ ΧΡΟΝΩΝ.



Digitized by Google

*Regis potentis temporibus Rogerii,*
*Sanctiſſimo Luca Monachorum*
*Præfecturam habente, Vas hoc effectum eſt;*
*Quinto quadrageſimo, & ſexcenteſimo*
*Sexque milleſimo annorum curriculo.*

Hoc eſt anno ab O. C. 6645., a Chriſto nato 1137. Quo quidem anno Rogerius, qui a S. Bernardo *Tyrannus Siculus* appellatur; quique ab Anacleto pſeudo-pontifice ſtabat adverſus Innocentium II. P. M.; magnam Cladem precibus ejuſdem SS. Viri ad Deum fuſis a Comite Rainulpho Apuliæ Duce accepit. Vide Baronium ad ſupradictum annum. Ne mireris quod hîc, & alibi etiam a noſtri Religioſi Ordinis viris Rogerii cum laude mentio fiat; id enim non animo ejus conſilia, & geſta probandi ab iiſdem factum eſt: ſed quod plurima ab eo in dies beneficia acciperent, ut infra fuſius oſtendemus. Vide in AV. Monachi dicuntur in noſtro marmore ΜΟΝΟΤΡΟΠΟΙ, ideſt *unius moris*, quod a VII. pſal. 67. verſiculo ſumptum videtur, ubi legimus: *Deus, qui inhabitare facit unius moris in Domo.* In eo enim ſumma monaſticæ vitæ continetur, in eo ejuſdem ſplendor, & ornamentum conſiſtit. Utinam ab univerſis illius vitæ cultoribus divina ope ſervetur diligentiſſime! tum nulla inter eos diſſidia, nulla ambitio, ſed ſumma tranquillitas, & aurea pax. Legeſis M. Baſilii Conſtitut. Cap. XVIII.

ΣΑΡΑΠΙΔ. Σαραπίδος, *Serapidis*. Quem Populus Romanus, tum colere cœpit, cum Ægyptios Reges in ſuam recepit amicitiam, ea videlicet tempeſtate, qua Ptolemæus Philopator filium ſuum moriens Senatus, Populique Rom. tutelæ ſubjecit. Gudius p. 105. n. 5. ea habet Sigla.

ΘΕΟΙΣ.

ΘΕΟΙΣ. Κ.

. . . . . . . . .

ΙΕΡΟΚΟΜΑC. ΤΟΥ. CΑΡΑΠΙΔ.

. . . . .

*Qui ſacrorum curam gerit ad Serapidem pertinentium*: videlicet *Sacerdos Serapidis*. Forte enim ſcriptum fuit Ἱεροκόμας pro Ἱεροκόμος. Hinc etiam oſtenditur, probabiliter admodum a Criticis aſſeri, ſcribendum eſſe *Sarapis*.

ΣΑΤΥΡ. Σάτυρος, *Satyrus*, nomen proprium. Murat. p. 170. num. 1.

CE. ΣΕΠ. CΕΠΤ. CΕΠΤΕ. Omnia *Septembris*, intellige vel Kal., vel Idus. Fabrettus p. 587. Reineſius Claſ. XX. n. 375. p. 984. Muratorius p. 1928. n. 5.

ΣΕΒ. CΕΒΑC. ΣΕΒΑΣΤ. Prima Σεβαςά, vel Σεβαςοῖς, *Auguſtalibus ludis*. Muratorius p. 2019. n. 1. Altera Σεβαςȣ̃, *Auguſti*. Gruterus p. 87. n. 3., apud quem p. 112. num. 8. Diis etiam nomen illud datur. ΘΕΟΙΣ. ΣΕΒ. Tertia pariter Σεβαςȣ̃, *Auguſti* ſignificant. Idem Muratorius p. 170. num. 1.

ΣΕΒΒ. ΣΕΒΒΒ. Altera Σεβαςῶν δυοῖν, *Auguſtorum duorum*. Σεβαςῶν τριῶν altera, *trium Auguſtorum* more latino. Habet Gruterus p. 595. n. 11., & n. 12.

ΣΕΙΜΗΔΕΙΚ. forte Σειμηδείκου, *Simedicii* gentilitium nomen. Cyriacus p. 40. n. 260.

ΣΕΚ. Σεκοῦνδος, *Secundus*. Quamvis Cl. Maffejus ΣΕΞ, *Sextus* eſſe legendum putet pag. 70. Attamen inter Romanorum prænomina, hoc *Secundus* minime deſideratur. Cyriacus p. 38. n. 248.

ΣϹΞΤΙΛ. Σεξτίλια, *Sextilia*, nomen Mulieris. Muratorius p. 1177. n. 7. ubi tamen ipſe *Sextia* latine reddidit.



Digitized by Google

ΣΕΟΥ. & ΣΕΟΥΙ. Altera quidem Σεουῆρον, *Severum* Antoninum videlicet Imp. apud Sponium Itiner. pag. 118. Altera vero Σεουήρῳ apud Muratorium p. 1177. n. 7.

ΣΕΟΥΑΣ. & ΣΕΟΥΑΣΤ. Utraque Σεουαςοῦ, *Auguſti*. Gruterus p. 60. n. 6. Murat. p. 146. n. 4.

ΣΕΠΤΙΜ. Σεπτίμιον, *Septimium*. In marmore Oxonien. n.143. pag. 277.

ΣΕΡΑ. Σεραπίωνος, *Serapionis*, vel Σεραπίωνα. Gruter. p.1090. num. 9.

ΣΗΛ. Σηλήνη, *Lunæ* pro Σελήνη. Gudius p. 56. n. 2. Ubi Luna Scythice Οἰτόσκυρα, & Apollo Οἰτόσκυρος appellatur. Vide Herodotum lib. IV. cap. 59., in quo Οἰτόσυρος, haud οἰτόσκυρος leges.

CI. Coῦ, *ſui*. Marangonius in *Appendice* p. 75.

ΣΚΙΑΝΘΙ. In præclaro Titulo Aræ ſimpulo, patera, aliiſque inſignibus exornatæ inſcripto, qui in Mediceo Muſeo ſervatur, atque a Cl. Gorio Part. I. n. 1. p. 3. exhibetur.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ
ΣΚΙΑΝΘΙ
ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ
ΜΑΡΚΟΣ ΠΙΝΑΡΙΟΣ
ΠΡΟΚΛΟΣ ΚΑΙ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ

Reineſius Claſ. I. n. 113. p. 151. legit ΔΙΟΝΥΣΙΟΙ ΣΚΙΑΔΙΟΙ ἀπὸ Σκιάδος. Σκιὰς enim teſte Heſychio eſt τὸ θολῶδες σκιάδιον, ἐν ᾧ Διόνυσος κάθηται, *Fornicatum umbraculum, in quo Dionyſius ſedet*. Cl. vero Comes Franciſcus Montani in Ephemerid. litterat. Italiæ Tom. XXXII. p. 86.

p. 86. ΣΚΙΑΝΘ*ίου*, vel ΣΚΙΑΝΘΙ*εως*, vel ΣΚΙΑΝΘΙ*δου* interpretatur. Doctiſſimus tandem Salvinius apud Corſinum pag. 64. ea voce peculiare quoddam Dionyſii cognomen ſignificari exiſtimans locum, unde nomen profluxit ΣΚΙΑΝΘΟΣ eſſe cenſuit: quum ex ΣΚΙΑΣ nonniſi *Σκιάδιος*, aut *Σκιαςής* derivare potuerit. Itaque ΣΚΙΑΝΘΙ*νοῦ*, aut ΣΚΙΑΝΘΙ*μοῦ*, aut ΣΚΙΑΝΘΙ*ου* legendum eſſe cenſet. Ego vero, duce Plutarcho, qui Tabernaculorum feſtum (Hebræorum proprium) Bacchicam quandam celebritatem, & *Θυρσοφορίαν* (Thyrſorum lationem) eſſe putavit, Symp. lib. IV. Quæſt. 5., ex quo confuſam Moſis, & Bacchi notitiam habuiſſe Græcos apparet, dixerim ΣΚΙΑΔΙΟΥ, vel ΣΚΙΑΥΘ*έντου* reſcribendum, ut ſcilicet oſtendatur, ſecundum ineptam Antiquorum ſententiam Dionyſium Tabernaculorum auctorem fuiſſe.

$\overline{\text{CKN}}$. Vide $\overline{\text{KCN}}$.

ΣΜΥΡ. *Σμυρναῖοι*, vel *Σμυρναίων*, *Smyrneorum*. Muratorius p. 164. n. 3.

ΣΟΥΝ. *Σουνιεὺς*, ex *Sunio* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 54.

ΣΠΑΘΑΙΩ. *Σπαθαρίῳ*, *Spathario*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 29. Erat autem Spatharius *σωματοφύλαξ*, Imperatoris ſcilicet *corporis cuſtos*. Dignitatem aliquam præſeferebant Spatharii, quum apud Adelnum in Annal. habeatur, quod *Irene Imperatrix e Conſtantinopoli miſit Legatum nomine Leonem Spatharium, pacis confirmandæ gratia, inter Francos, & Græcos*.

ΣΠΕΙΡ. *Σπείρας*, *Legionis*. Gruterus p. 482. n. 6. ut ΣΠΕΙΡ. Δ. ΓΑΛΛΩΝ. *Legionis* IV. *Gallorum*. Apud eundem p. 458. num. 1.

*Σρῖ. Σωτῆρι*, *Servatori*. Sponius Itiner. p. 103.

Σ. Σ.

Σ. Σ. *Σύμπασι Συμφονοῦσιν*, *univerſis conſentientibus*. In marmore, quod Reineſius Claſ. II. n. 59. p. 283. profert.

ΠΡΟΑΣΤΕΙΑ. ΛΙΜΗΝ ΤΕ. ΠΡΟΣ. ΠΟ
ΛΙΤΗΙΟΝ. ΚΑΙ ΝΑΥΤΙΛΟΙΟΝ. ΕΠΙ
ΤΗΔΕΙΟΤΗΝ. ΒΟΥΛΕΥΤΑΙ. CΤΑΒΙΟΙ
Σ. Σ. ΔΙΦΙΛΟC. ΚΑΙ ΤΟΙ ΒΡΑΔΥΣ. ΑΡΧΙ
ΤΕΚΤΩΝ. ΠΡΟC. ΠΡΟCΤΑΓΜΑ. ΟΜΩΝ
ΤΑΧΥC. ΕΡΓΑ. ΟΛΥΜΠΙΑΔΕ. Α.

*Suburbia*, *Portumque ad Civium*, *& Nautarum commoditatem Senatores Stabii*, ſive Stabiani, *univerſis conſentientibus conſtruendum curarunt*. *Diphilus etſi tardus Architectus*, *ad juſſum tamen celer*, *opera confecit*, *Olympiade una*, quinquennio nimirum. Ex ipſa Inſcriptionis interpretatione clarum fit, characteres hos Σ. Σ. haud *Σενάτους Κονσύλτῳ* latina phraſe cum Reineſio, neque *Συγκλήτου Συγχωρήσει* cum Corſino p. 64. legendos eſſe. Etenim ſi *Stabiani Senatores* opus in lapide notatum decrevere, cur inſuper addas ea verba Senatus permiſſu? ſive *Senatus conſulto*? Stabiani Stabiarum quidem incolæ, Stabiæ vero Urbs maritima Campaniæ in Picentinorum Confinio ad Oſtia Sarni, Pompeiis proxima vulgo *Caſtel a mare di Stabia*: quondam teſte Plinio lib. III. cap. 5. a Lucio Sylla exciſa, at novæ poſtmodum Stabiæ non procul a veteribus conditæ fuerunt cum portu idoneo. Silius lib. 14.

*Lætaque complebat Stabiarum littora Pubes*.

SS. *Biſſextilis* annus videlicet. In S. Hippolyti Cathedra apud Gruterum p. 140., quemadmodum in ipſo laterculi Paſchalis titulo legitur: ΑΙ ΔΕ ΠΑΡΑΚΕΝΤΗCΕΙC ΔΗΛΟΥCΙ ΤΗΝ ΔΙC ΠΡΟ ΕΞ. *Adpunctiones verò demonſtrant biſſextum*.

ΣΣ.

ΣΣ. Conſpiciuntur in latino lapide Tragurii poſito apud Cyriacum p. 25. n. 174. Quod certe duplex Sigma, vel Sepulchrum illud biſomum fuiſſe, ſeu duo continuiſse corpora; uti in pluribus monumentis aliis voce hac *biſomi* ſignificatur, oſtendit: aut eos, quibus monumentum a ſuis paratur; Σώους Ζῶντας, ſanos adhuc, & viventes eſſe, ipſiſque ſanitas inſuper ſolemni quadam formula portenditur. Equidem in marmore Gruteriano p. 1149. n. 12. in dextero latinæ Inſcriptionis latere ſcriptum eſt Υ., quod ut Reineſius apud Corſinum p. 64. conjecit græco Θ. opponitur; atque Υγιέα *ſanum vivum* ſignificat. Aliquando etiam characteres hujuſmodi tumulo inſcripti Cadaverum conditorum numerum, aut tumulorum ordinem indicant. Sic apud Lupum p. 103. littera hæc Γ. ſignificare videtur.

ΣΣ. ΣΣΣ. In præclaro marmore Smyrnæo n. 11. apud Heſſelium, ubi donaria recenſentur, ter duplex Sigma, ſemel triplex Sigma poſt vocem hanc ϛατῆρας *ſtateres* exprimitur, numerumque aliquem referre ſigla illa videntur. At quis ille ſit, quidve ſibi velit ea literarum iteratio, propemodum ignoratur: niſi forte prima quater centum, altera vero ſexcentum ſignificet.

⳨. Στεφανωθεὶς, *coronatus*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 78. p. 347. in marmore, ſeu in gladiatoriis teſſeris Mileti poſitis, ubi ea nota pluries reperitur, quemadmodum hæc alia ΝΙ. Νικήσας *victoriam adeptus*. In illis enim, ut optime Cl. Maffejus notavit p. 71., & victoriarum, & coronarum numerus enunciatur. Vide in A.

ΣΡΙΑΣ. Σωτηρίας, *ſalutis*. In marmore Sherardiano, de quo ſupra in ΚΥΙΝ.

ΣΤ. CTA. ΣΤΑΤ. Singula Στάτιος, *Statius* ſonant. Cyriacus

cus p. 11. num. 86. Sponius pop. Atticæ p. 200.: Muratorius p. 1257. num. 7.

ΣΤΕΙ. Στειριεὺς, *Stirienſis* ex *Stiria* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 48.

ΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΑΦΡΟΔΕΙ ΣΤΕΙ.
*Aphroditus Aphroditi* filius *Stirienſis*.

ΣΤΕΛΛ. Στελλατίνα Romana Tribu, quæ ruſtica fuit in agro Stellate in Hetruria, facta a Cenſoribus A. U. 369. Vide Livium lib. 6. Muratorius p. 27. n. 6.

ΣΤΕΦ. Στέφανοι, *Coronæ*. Chiſullus Parte III. ex Maſſejo pag. 70.

ΣΤΕΦΑΝ. Στέφανος, *Stephanus*. Nomen proprium. Gualtherius p. 10. n. 62.

CTH. Vere Sigla non ſunt, ſed defectio lineolæ in medio τοῦ ε rotundi ϲTH. *annos*. Marangonius *de Rebus Ethnicis* pag. 456.

Tῳ ΚΥΡΙῳ ΑΔΕΛΦῳ ΦΙΛΟ
ΝΕΙΚῳ ΑΔΕΛΦΗ ΕΠΟΙΗΕΛ ΑξΙ
ωΠΝΤΙ ΚΑΙΖ ΗcΑΝΤΚΑΛcΥΙΜΕ
ΤΕ ΜΟΥ
CTH. R·

Quem ſatis vitiatum lapidem Cl. P. Corſinus p. 65. optime reſtituit, explicavitque. *Domino Fratri Philonico Soror feci, qui dignus fuit, vixitque mecum honeſte annos ſeptemdecim*. Ita ut putaverit ille, litteram hanc in marmore exaratam R ex duabus his græcis ιζ fuiſſe conflatam. Aſt ego, quum inibi ea latina littera tam belle ſcripta cernatur; tale id non cogitaverim unquam; dixerim vero in lapi-

lapide annos ſupra notatos per eam litteram ſignificari ſecundum latini Alphabeti litterarum ſeriem.

ΣΤΡΑ. ΣΤΡΑΗΓΝ. Utrobique Στρατηγὸν, *Præfectum Militiæ*, *Prætorem* ea ſigla repræſentant. Montfauconius Palæogr. p. 158. n. 3. Muratorius p. 332. n. 1.

ΣΤΡΑΤ. ΣΤΡΑΤΩ. Utraque Στρατονίκης, *Stratonices* ſonant. Chiſullus Part. II. pag. 4., & Heſſelius inter Epheſina marmora n. 66.

ΣΥ. Σύςομον fortaſſe, Vas nimirum ore contracto. In marmore Neapolitano ex Diario litterat. Florentiæ Tom. IV. Part. III. p. 230.

ΣΥΜΒΟΥΛΙΟΓ$^{A}_{P}$. Marmor Oxon. n. 141. p. 276. Ubi Prideauxius Συμβουλιογραφεὺς. Reineſius vero Claſ. XX. n. 325. p. 972. Συμβολαιογράφος legit, latineque reddidit: *Scriba contractuum*.

ΣΥ. Σύρος, *Syrus*. Muratorius p. 52 n. 3.

ΣΩ. Σῶμα fortaſſe, *Corpus*. Apud Cyriacum p. 7. n. 60.



Digitized by Google

T

T. Τριακόσια, *trecenta*. Heſſelius num. 23.

ΕΙΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΦΙΣΚΟΝ. ΧΤ
*In Cæſaris fiſcum* inferet *denarios trecentos*.

T. Τῶν, vel uti putat Cl. P. Corſinus p. *66.* τριῶν, vel τεσσάρων in hac Epigraphe, quam Cl. Boldettus habet p. 400.

ΠΤ ΤΝΩΝΩΝ ΙΟΥΝΙΩΝ
ЄΠΙΤΥΝΧΑΝΟΝ ΙC ЄΙΡΗΝΗΝ

*Pridie nonas Junias Epitynchanon in pace* deceſſit. Επιτύγχανον enim nomen proprium eſt, non verbum, ut optime idem P. Corſinus animadvertit. Et ſane non ſemel nomen illud in Inſcriptionibus aliis legere licet.

T. Τάλαντον, *Talentum*. In Sandvicenſi marmore apud Corſinum Diſſert. VI.

T. T̄. Prima Τίτου, *Titi*. Altera Τίτον. Cyriacus p. 9. n. 67. Muratorius p. 561. n. 2.

Ť. Τῆς, & Τῶν. Smithus Monum. Palmyr. n. 23.

T. Τῇ apud Muratorium p. 1819. n. *6.* Τὸ in marmore Ticinenſi.

TAIEP. Apud Muratorium p. 242. n. 1., quæ ſigla Ἀπελεύθερος, *Libertus* leguntur a Cl. Bimardo, IATEP vero *Medicus* a Cl. Corſino p. *66*.

TAPΓHA. Θαργηλιῶνος, Athenienſium menſis ab aliquibus *Aprilis* dictus. Gudius p. 26. n. 4.

ΑΠΟ-

ΑΠΟΛΩΝΙ
ΑΝΕΘ
L. ΔΑΡΜΙΝΙΟΣ
ΟΠΤΑΤΟΣ
ΔΑΡΜΙΝΙΑ ΟΠΤΑΤΑ
ΡΕΣΤΙΤΟΥΤΑ
ΚΑΛ
ΤΑΡΓΗΛ

Ubi Cl. P. Corſinus legit ΚΑΛανδοῖς Ταργηλιῶνος, miraturque, ſe *Kalendas græcas*, quæ in proverbio ſunt, & in lapidibus aliis, atque Scriptoribus fruſtra inquiruntur, in hoc uno marmore inveniſſe. Verum nulla hîc neceſſitas vetus evertendi proverbium. Ea ſiquidem Sigla commode interpretari poſſumus Καλινδοῦντος Θαργηλιῶνος. Et ſane eo decurrente menſe Θαργήλια in Apollinis, Dianæque honorem fiebant. *Apolloni dicavere Lucius Darminius Optatus. Darminia Optata Reſtituta. Volvente Aprili menſe.*

ΤαΔΙΚΗΥ. Καταδίκην, *damnationem*. In marmore, quod expoſuimus in ΙΝΔ.

ΤΑΦΙ. Τάφον, *Sepulchrum*. In loco ſupra citato.

ΤΔ. Τὸ τέταρτον, *quartum*. In marmore Ticinenſi, de quo ſupra diximus.

Τ. Δ. Β. Κ. Δ. Ε. Τῷ Δόγματι Βουλῆς, Καὶ Δόγματι Εκκλησίας. *Decreto Senatus, & Decreto Eccleſiæ*. Cyriacus pag. 21. num. 143.

ΤΕ. Τέρμων, *Terminus*. Vox propria fortaſſe Siculorum, ſeu Meſſanenſium, vel certe a Latinis in Siculos derivata. Gruterus pag. 210., ubi Siculam agrorum diviſionem exhibet.



Digitized by Google

TE. Vere Sigla non ſunt, ſed litteræ duæ redundantes in lapide apud Muratorium p. 1847. n. 9., ita ut ubi ſcriptum eſt TEOTHC. MAKAPIAΣ MNHMHC, legendum eſt O THC &c. Extat lapis ille in Eccleſia S. Pancratii in Urbe, & ſic habet:

ENΘAΔE KATAKITE
TEOTHC MAKAPIAC
MNHMHC KAΛINI
KOC XωPIOY TOYTOY
TEΩN ZHCAC ETH KE

*Hic jacet bonæ memoriæ Calinicus ex oppido hoc Teo, qui vixit annos XXV.* Teos autem, ſive Teios, Patria Calinici, urbs eſt Joniæ in ora littorali; unde celebres poetæ Anacreon & Erinna orti ſunt: vel ſi mavis, eſt Joniæ inſula, aut Scythiæ urbs ad paludem piſcibus refertam, cui oleum innatat tanta copia, ut cum ſudum eſt, in vaſa colligi poſſit. Opinatur tamen Cl. P. Corſinus in *Addendis* p. 88., pro TOYTOY TEΩN legi poſſe ΓOYΓOYTEΩN.

TЄIBЄ. Τεβερίου, *Tiberii* interpretatur Gualtherius pag. 4. n. 12. in marmore hoc perperam exarato.

ΠYEIMI TЄIBЄ XPH
TЄ XЄNPЄ ЄZHCЄC ЄTH Θ

Quum prima vox integra ſit, ſonetque ΠPEÌMITЄIBЄ, & eadem in marmoribus aliis occurrat ſæpiſſime. Vide Clariſſimum P. Corſinum p. 67. *Primitive optime ſalve. Vixiſti annos IX.*

TEIM. Τειμὰς pro Τιμὰς, *honores*. Muratorius p. 553. n. 3.

TEΣΣAPA. Τεσσαράκοντα, *quadraginta*. In marmore apud Gruterum p. 760. n. 6.

T. H

T.H Hæ litteræ duæ conjungendæ videntur, ut articulum TH conficiant in brevi hoc lapide apud Murat. pag. 1639. num. 8.

T. H
ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΑΤΤΑΛΙΑΝΗ

*Dulciſſimæ Attalianæ.*

TI. pro TE, & Fabrettus pag. 592. num. 113.

ΦΛΑΒΙΩ
ΕΡΜΙΑΤΙ
ΑΓΑΠΕΤΩ

*Flavio Hermiæ unigenito*, explicat idem Fabrettus, additque: *A Patre Flavio huic Hermiæ unigenito tumulum, & titulum poſitum credo potius, quam tertium nomen Agapeti illi adjungendum putem.*

Cl. vero Corſinus p. 68. ait, *dilecto*, non unigenito latine reddi debere: & Υἱῷ pro TI reſcribendum. At quis improbaverit Inſcriptionem hanc ſine apparatu tanto ita eſſe exponendam? *Flavio & Hermiæ dilecto.*

TI. TIB. TIBEP. Prima, & altera Τιβέριος, *Tiberius*. Cyriacus p. 39. n. 253., & pag. 9. n. 67. Tertia vero Τιβερίου. Muratorius p. 946. n. 2.

TIPOI. Πρὸ I. ante *decimum* &c. Boldettus p. 365. Vide in I.

TITIANI. Τιτιανὸς, *Titianus* ſonare videtur. Vide in ABE.

Ꝁ. ἐκ Τῶν. Smithus Monum. Palmyr. n. 23. Vide in EꝀ.

TNEYμ. Πνεῦμα, *Spiritus*. Marangonius in Appendice p. 77.

T̊.Tὸ. In marmore Florentino, quod a Gorio refertur in ς'.

TPA. TPAIAN. Utraque Τραϊανοῦ, *Trajani* Auguſti. Murator. p. 115. n. 1. Gruterus p. 60. n. 6.

TPI.

Digitized by Google

ΤΡΙ. Τῇ Πρὸ. Muratorius pag. 1819. num. 6.

ΕΚΟΙΜΗΘΗ ΑΧΙΛΛΙΑ
ΝΕΟΦΩΤΙCΤΟC ΕΝΙ
ΑΥΤΟΥ ΜΗΝΩΝ. Ε̅. ΤΡΙ. Ζ̅.
ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ ΗΜΕΡΑ
CΕΛΗΝΗC

*Obdormivit Achillia baptiſmate nuper illuminata, quum eſſet anni unius, menſium quinque ante VII. Kal. Martias. Die Lunæ*. Itaque ΤΡΙ. ut Cl. P. Corſinus p. 68. notavit, Τῇ Πρὸ legendum eſt, quod Muratorius omiſit.

ΤΡΙΕ. Τριεράρχης, pro Τριηράρχης, *Triremium Præfectus*. In eximio Pariſienſi lapide apud Maffejum Gall. Antiquit. p. 86.

ΤΡΙΝΕ. Τρινεμεὺς, *Trinemeus*, ex *Trinemea* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 52.

ΤΡΙΣΑ. pro ΤΡΙΣΔ. Τρισδέκα, *tredecim*. Sponius Miſcellan. Sect. X. p. 356.

ΑΡΧΙΕΡΕ ΤΩΝ ΤΡΙΣΑΠΟΛΕΩΝ.
*Summus Sacerdos tredecim civitatum*.

ΤΡΟΦΙ. Τρόφιμος, *Trophimus*. Gorius Part. I. p. 50. n. 97.

ΤΥ. pro θυγατρὸς Filiæ ſcriptum putamus. Vide in A.I.

Y. Te-

Digitized by Google

## Y

**Y** ^ Τετρακοσιοστὸς ; *quadringenteſimus*. Smithus Monum. Palmyr. n. 1., & 2. ΕΤΟΥΣ ΔΙΥ̅. 414. *anno*.

Ϝ. *Viginti*. Aliquando enim littera hæc Y. ſecundum græcarum litterarum ſeriem accipitur, uti ſupra vidimus apud Gruterum p. 968. n. 7.

Y. Quandoque character iſte interpunctionis loco ponitur. Vide in EI ΘY, ubi vocem hanc HMYCY expoſuimus cum *dimidio*. At melius forte H'M ἡμέρας C. ἕξ *dies ſex* exponimus; ita ut duplex illud Y interpunctionis vices gerere dicatur. Quod ſane in lapidibus etiam latinis factum eſſe diſcimus ex Grutero p. 352. n. 5.

ANICIVS Y PROBINVS V̅ Y C̅ CONSVL Y ORDINARIVS.

Equidem *Anicius* iſte, qui in Lapide *Vir clariſſimus* appellatur cum Arcadio Aug. VI. Conſul fuit anno Chriſti 406.

Notat Cl. P. Corſinus pag. 69. in editis Gruteri libris eum characterem ita exarari ac ſi minuſcula Romanorum littera *r* foret, quin in marmore apud Cryptam ferratam anno 1735. reperto, in hunc modum exprimitur, & collocatur:

EVTYXES SORORI PATRICIAE
BENEMERENTI ◂ Q ◂ B ◂ ANN ◂ XXX.

Quandoque eadem littera, ſed ſub hac figura y pro lapidum ornamento ponitur, ut videre licet in marmore, quod habet Marangonius p. 463. in lib. *de Rebus Ethnicis*.

▾ MARC.

v MARC. POTENTIO <
v CONSTANTINO. QVI y
v VICXIT. ANNIS. VII y
v MENSE. VNO DIEB y
v XVII MARCIVS y
v TIGRINIΛNVS. ET y
v POTENTIA MARCIA y
NE. FILIO. DVLC

▷| DEMETRI |◁

V. IDVS ꓘOCTOBR

Verum etiam dici poteſt, characteres hos vv &c. yy &c. *viventes*, & Ὑγιᾶς, *ſanos* nimirum Filio ſuo Parentes poſuiſſe monumentum, oſtendere. Nomen vero illud ultimo loco ſeorſus ſcriptum Artificis eſſe puto.

Y. Ὑπὲρ. Gorius Part. I. p. 50. n. 98. Ὑπὸ Muratorius explicat p. 1025. n. 3. in hoc lapide.

ΛΟΥΚΙ. ΛΟΝ Π
ΡϢΤϢΓЄ ΝΗ
ΧΑΙΡЄ
ΑΝΤΙΟΚЄΥΟ
Υ ΔΑΦΝΗϹ

*Lucillum Primogenitum*, *Vale Antiochenſis ad Daphnem*. Daphne ſiquidem ſuburbium erat amœnum valde Cupreſſis conſitum Antiochiæ magnæ in Syria ſuper Orontem fluvium.

Y. Ȳ. Altera quidem Υἱὸν, *Filium*: altera vero Υἱὸς ſonant. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 79. p. 348. Idem Scriptor pop. Atticæ p. 225. Ÿ. ΥΠ.


Ύ. ΥΠ. ΥΠΑ. ΥΠΑΤ. ΥΠΠ. ΥΠΠΑΤ. Prima Ὑπατεία, vel Ὑπάτου, *Conſulatu*, vel *Conſulis*. Montfaucon. Palæogr. p. 174. Altera Ὑπάτῳ. Gruterus p. 177. n. 6. Tertia Ὕπατον. Donius pag. 88. n. 73. Quarta Ὑπατεία in marmore Ticinenſi apud Maffejum pag. 73., & Ὑπάτοις, ſive Ὑπάτοιν apud Gruterum p. 316. n. 1. Quinta Ὑπάτων. Donius p. 23. n. 82. Ultima Ὑπάτοις ſonant apud Muratorium p. 393. n. 7.

ΥΝ. In marmore Palmyreno apud Muratorium p. 1776. n. 1. characteres illi inveniuntur, & forte numerales annorum notæ ſunt an. CCCCL. referentes.

Υ. Β. Δ. Ὑπὸ Βουλῆς Δόγματι, ex *Senatus decreto*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 39., & 41. p. 334.

ΥΠ. Ὑπό. Muratorius p. 467. n. 7.

ΥΠΟΔ. Ὑποδήμου, *Hypodemi* in marmore, quod ad DD. Rondanini Vineam in agro Romano repertum eſt anno, niſi fallimur, 1749.


ΕΝΘΑΚΙΤΗ ΠΑΥΛΑ ΠΑΥΛΟΥ ΥΠΟΔ
ΘΥΓΑΤΗΡ ΗΣΑΣΗΝΕΙΡΕΝΗ ΗΤΗΔ
ΜΕΝΑΣ Β ΑΝΠ ΠΡΟ Ζ ΚΑΛ ΙΟΥΝ

*Hic jacet Paula Pauli Hypodemi Filia, quæ vixit in pace annos IV. Menſes II. Requievit Pridie Kal. Junias*. Hujus ſimillimam, ne eandem dicam, habet Reineſius Claſ. XX. n. 364. p. 981., ſed ita expreſſam, ut hæc illius emendatio videatur.

ENTA KEITAI ΠΑΥΛΑ ΠΑΥΛΟΥ ΥΠΟΔ
ΘΥΓΑΤΗΡ ΖΗΣΑΣΑ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΕΤΗ
Δ. ΜΗΝΑΣ Β. ΑΝΕΠ. ΠΡΟ ΚΑΛ. ΙΟΥΝ

Ubi idem Cl. Auctor ΥΠΟΔ. ΥΠΟΔ*ιακόνου*, *Hypodiaconi*, probabiliter admodum interpretatur.

ΥΠΟΛΑΜΑ. Ὑ*πόμναμα*, pro Ὑ*πόμνημα*, *monumentum*. Vide Cl. P. Corſinum p. 70.

ΥΠΠ. Ὑ*πάτων*, *Conſulum*. Donius pag. 23. n. 82.

ΥΠΠ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ ΗΜΩΝ
ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ. ΣΕΒ. ΤΟ Ζ.
ΚΑΙ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ. ΣΕΒ. ΤΟ. Ζ.

*Conſulibus Dominis noſtris*
*Diocletiano Aug. Septimum*
*Et Maximiano Aug. Septimum*
Nimirum anno æræ vulgaris CCXCIX.



Digitized by Google

Φ

ΦΑ Πεν͂τακόσια, *quingenta*. Gruterus p. 1116. n. 5.

ΑΠΟΛΙΠΩΝ ΓΕΡΟΥΣΙΑ ✱ Β Φ.

*Quum reliquerit Senatui denaria bis mille, & quingenta*.

Φ. Quod in græco Alphabeto ſedem XXI. ea littera occupat, ideo *viginti ac unum* ſignificat apud Donium Claſ. X. n. 38. p. 362. in marmore græcis, latiniſque litteris exarato.

Φ. Πεν͂τακοσιοςὸς, *quinquageſimus*. Smithus Monum. Palmyr. n. 11. ΕΤΟΥΣ ΔΝΦ anno 554.

Φ. In latinis, græciſque lapidibus interpunctionis locum obtinet. Vide Gruterum p. 355. n. 3.

Φ. Φευγία, *Phrygiæ*. Reineſius Claſ. I. n. 43. p. 87., ubi de Deorum Matre ſermo eſt, quæ & Sypylene, & *Phrygia* appellatur.

ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ ΣΥΠΥλΗΝΙ Φ

*Matri Deorum Sypylene Phrigiæ*.

ΦΑ. Φάβιος, *Fabius*. Heſſelius inter Epheſina marmora n. 35.

Φ. ΦΛ. ΦΛΑ. ΦΛΑΒ. ΦΛΑΥ. Omnia Φλάβιος, vel Φλαβία, aut Φλάυιος, *Flavius*, vel *Flavia*: Φλαβίῳ, vel Φλάβιον, ſonant apud Gruterum p. 1094. n. 5. in Palmyreno marmore apud Smithum p. 22. Apud Muratorium p. 1257. num. 7., & Sponium Miſcell. Sect. X. p. 324., & pop. Atticæ p. 77. Marangonius *de Rebus Ethnicis* p. 459.

ΦΛ. ΠΤΟΛΕμΑΙΟc
ΠΡ ΚΑΙ
ΟΥΛΠΙ. ΚΟΝΚΟΡΔΙΑ
CΥΜΒ.

*Flavius Ptolemæus Pater, & Ulpia Concordia Conjux*.

Φ. ΦΕΒΡC.

Φ. ΦΕΒΡC. Utraque Φεβϱυαρίων, *Februarii* nimirum Kal.. Gruterus p. 1021. n. 9. Muratorius p. 1858. n. 3.

ΦΑΛΗ. Φαληρεὺς, *Phalereus*, ex *Phalero* Atticæ pop. Sponius Itiner. p. 53.

ΦΑΡΝΑ. Φαρνάκου, vel Φαρναβάζου, *Pharnavazi*, vel aliud gentile nomen. Sponius pop. Atticæ p. 201.

ΦΕ. Illa prior littera oſcitanter poſita eſt loco τοῦ Ω. apud Gruterum p. 1036. n. 5.

ΖΗCΑΝΤΙ $\overline{\text{Μ}}$ $\overline{\text{ΙΗ}}$ ΗΜΕΡΑΣ $\overline{\text{ΚΔ}}$ Φ$\overline{\text{Ε}}$

*Qui vixit menſes XVIII. dies XXIV. horas V.*

ΦΕΙΔΙ. Φειδίου, *Phidii*. In Riccardiano marmore, quod in Faſtis Atticis exhibet Tom. I. p. 170. Cl. P. Corſinus.

ΦΗΓ. Φηγούσιος, *Pheguſius* ex *Phegunte* Atticæ pop. ſub *Erechtheide* Tribu collocato. Sponius Itiner. p. 46.

ΦΗΓ. ΦΗΓΑΙ. Altera, & altera Φηγαιεὺς, *Phegæeus* ex *Phegæa* Atticæ pop. ſignificant. Qui quidem Populus ſub Hadrianide Tribu eſt. Sponius Itiner. p. 51.

ΦΗΛΙ. Φήλικος, *Felicis* proprium nomen. Apud Gruterum p. 45. n. 1. habes ΦΗΛΙΞ, *Felix*. Sponius pop. Atticæ p. 200.

ΦΙΛΑ. Φιλαίδης, *Philaides* ex *Philaidis* Atticæ populo. Sponius Itiner. p. 51.

ΦΙΛΗΜΩΝ. Φιλήμονος, *Philemonis*. Sponius Attic. pop. p. 202.

ΦΙΛΟCΟΦ. Φιλόσοφος, *Philoſophus*. Reineſius Claſ. XI. n. 71. pag. 633.

ΦΙΛΟΣΤΟΡ. Φιλοςόργιος, *Philoſtorgius*. Muratorius p. 1008. num. 3.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤ. Φιλοςράτου, *Philoſtrati*. Sponius Itiner. p. 52.

ΦΙΛΟ$\overline{\text{ΧΥ}}$. Φιλοχρίςου, *Chiſtum amantis*. Sponius Itiner. p. 101. num. 5.

ANE-

ΑΝΕΚΑΙΝΙCΘΗ ΕΠΙ ΜΑΝΟΥΗΛ
ΤΟΥ ΦΙΛΟΧ̅Υ̅ ΒΑCΙΛΕΙ ΡΩΜΕ
ΙΟΥ ΥΙΩ ΕΝ ΝΗC.... ΚΑΙ ΑΥ
ΤΟΚΡΑΤΟΡΟC ΡΩΜΑΙΩΝ Τȣ
ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΕΝ ΕΤΕΙ ΦΧΟ
ΒΜΒ.

Satis corruptam Inſcriptionem hanc, atque vitiatam eſſe, proque ΒΑΣΙΛΕΙ, Βασιλέως, pro ΕΝ ΝΗΣ, Εἰρήνης legendum eſſe facile intelligitur. Manuel enim, qui anno Chriſti 1143. imperium obtinuit Joannis Comneni, & Irenes Filium fuiſſe omnes norunt. Numerales vero notas ita corrigendas ϚΧΟΒ. ΙΝ. ΙΒ. jam viderat doctiſſimus Montfauconius Palæogr. p. 147. .... *Renovatum eſt ſub Manuele Chriſtum amante Rege Romano Filio Irenes, & Imperatoris Romanorum Comneni: anno* Mundi 6672. Chriſti 1164. *Indictione XII.*

ΦΛΑΜ. Φλάμην, *Flamen*, Sacerdos videlicet uni alicui Deorum addictus, ejuſque curans ſacra; appellatus ita vel a ſilo, quo caput cingebat, ac ſi filamen, vel a pileo, quaſi pilamen, vel denique a Flameo capitis tegumento, diceretur. Legeſis de hujuſmodi Sacerdotibus plura apud Cl. Nieupoort §. XII. p. 263. Sponius Itiner. p. 16.

ΦΛ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΣ
ΦΛΑΜ. ΚΑΙ ΑΠΟ ΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝ.
*Flavius Septimius Marcellinus*
*Flamen & certaminum Præſes & Moderator.*

ΦΛ. ΦΛΥ. Utraque idem ſunt ac Φλυεύς, ſive Φλιάσιος, *Phlyeus* ex *Phlyunte*, vel *Phlia* pop. Atticæ. Cyriacus p. 14. n. 18., & Sponius Itiner. p. 50.

Η. ΕΞ. ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Η. ΒΟΥΛΗ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ. Ο. ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΟΥ. ΑΤΤΑΛΟΥ. ΦΛ.

*Areopagi Senatus*, *&* *Senatus quingentorum*, *&* *Populus Athenienſis* Filium *Attali Phlyei* honorat. Tradit Sigonius lib. II. cap. 3. *de Republica Athenien.* Athenis Senatum Solonem inſtituiſſe, optima quæque Reipublicæ illi communicaſſe; atque e quadringentis Viris, centum ex qualibet Tribu, quæ tunc temporis quatuor tantummodo erant, compoſuiſſe. Dein Civibus in decem Tribus diviſis, Cliſthenes auctor fuit, ut ſelectis ex earum qualibet quinquaginta Senatoribus, omnium numerus quingenti forent. Hinc Η τῶν πεντακοσίων Βουλή. Idem Senatus quotannis ſorte eligebatur: quamobrem Βουλευτὰς ἀπὸ κυάμου, *Senatores a Faba* eos vocat Thucydides lib. 8. Verum Berenices, & Agrippæ Regis ætate Senatus ille ex ſexcentis conſtabat Viris, quod ex alio marmore Athenis ejus Regis tempeſtate excitato planum fit. Quod habes apud Sponium Itiner. pag. 35.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ $\overline{\text{Χ}}$ ΚΑΙ
Ο ΔΗΜΟΣ &c.

*Senatus Areopagi*, *&* *Senatus ſexcentorum Civium*, *&* *Populus &c.* Clarius idem Sponius Itiner. p. 179.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ &c.

Qua-

Digitized by Google

Quapropter perperam Scriptor ille notam hanc X̅ in ſuperiore Inſcriptione exaratam *mille* interpretatur, nullibi enim legitur hic *mille Senatus*. Itaque nota illa pro minuſculo χ poſita omnino eſt.

ΦΟΥΛΒ. Φουλβȣ, *Fulvi*, qui Conſul fuit anno Chriſti 120. Muratorius pag. 232. n. 3.

ΦΥ. Φυλὴ, & Φυλέτης, *Tribus*, & *Tribulis*. Apud Gruterum p. 425. n. 3. ΦΥ. Η̅ ΦΥΛ. *Tribus VIII. Tribulis*.

ΦΥ. & ΦΥΡΝ. Utraque Φυρνεὺς, *Phyrneus* ex *Phyrne* Atticæ pop. Maffejus p. 74., & Sponius Itiner. p. 54. Qui ſane populus Antiochidi adſcribitur.

ΦΥΛΑΡΧ. Φυλάρχης, *Tribus Princeps*. Maffejus in marmore Pariſienſi *Antiquit. Gall.* pag. 91.

ΦΥΛΑΣΙ. Φυλασίου, *Phylaſii* ex *Phyle* Atticæ pop.. Donius Cl. IV. n. 67. pag. 153.

ΦΧΟΒΜΒ. Sponius Itiner. p. 101. Vide ſupra in ΦΙΛΟΧ̅Υ̅.

ΦΩΣΦ. Φωσφόρου, vel Φώσφορος, *Phoſphorus*. Sponius Atticæ pop. p. 117. Vide Cl. P. Corſini Faſtos Att. Tom. II. p. 151.

X̅. Ἑξα-

Digitized by Google

## X

X. Ε'ξακοσιοςῷ, *ſexcenteſimo* anno. Marmor Cryptæ-ferratæ, de quo inferius dicemus (1).

X. Ε'ξακόσια, *ſexcenta*. Sponius in Miſcell. Sect. X. num. 6. p. 319. Vide ſupra in ΦΑΥ.

X. Χίλια, *mille* ſæpenumero ſignificant, & in marmoreo Oxonienſi Chronico, & in Sandvicenſi marmore, aliiſque lapidibus.

X. Δέκα, *decem* non raro ſonant, ita ut litteræ illi valor latini X adjectus ſit. Sponius Miſcell. Sect. X. num. 10. ΕΖΗ ΕΤΗ XXX. *Vixit annos triginta*. Alias item Latinorum numerales notas adhibuiſſe Græcos compertum eſt. Exempla extant apud Gualtherium p. 45. n. 289. Boldettum p. 408., & P. Corſinum pag. 49. in ΝΑΘ.

X. ΧΑΡ. Utraque Χάριν, *gratiam* ſignificant. In marmore Oxonienſi n. 39. p. 102. Mabillonius in Itiner. Italic. p. 33.

X. ✳. Utraque Δηνάρια, *denaria* ſonant. Heſſelius in marmore apud Magneſium reperto. Vide in Æ. In Oxon. marmore ΔΟΤΩ ΤΗ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΓΕΡΟΥΣΙΑ ✳ Α. *Det Smyrnæorum Senatui denarios mille.*

X. Fortaſſe Χῶρος, *Locus* pro monumento accipiendus. Reineſius Claſ. XX. n. 30. p. 904., & pag. 996. apud eundem legimus ΧΟΡΤΑCΙ, *Locus Hortaſi*, ut ipſe explicat.

X. Χιτόνιος, *Chitonius* ex *Chitone* Atticæ pop. ſub Erechtheide Tribu poſito. In marmore Riccardiano, quod Cl. P. Corſinus in Faſtis Atticis refert Tom. I. p. 170.

ΧΕΙΑ. Χιλιάρχῳ, *Tribuno*. Gruterus p. 458. n. 1.

ΧΕΙΡ. Χειρουργος, *Chirurgus*. Idem Gruterus p. 335. n. 1.

Z ΧΟΑΑΡ.

(1) *Vide Diſſert. Apologet. de Tuſculano num. III.*

Digitized by Google

XOΛAP. Χολαργεὺς, *Cholargeus* ex *Cholarge* Atticæ populo. Sponius Attic. pop. p. 159.

XOOP. Χόρτος, *Cohortis*. Gruterus p. 458.

XOΩN. pro Χιλίων, *millium* ſcriptum eſt in marmore ad mœnia Nicææ Urbis poſito, ubi dicitur, quod Leo, & Conſtantinus Impp. Nicæam Urbem inſtauraverint.

NHKHTIKON ΑΝΑΣΤΗΣΑΗΤΑΙΣΙΜΡΙΟ
NKENTINAPXOΩN

Quod Cl. Scaliger ſic optime corrigit. Νικητικὸν ἀναςήσαντες σημᾶον Κεντεναρίων χιλίων. *Victoriæ ſignum erigentes Centenariorum millium*. De centenariis diximus ſuperius.

☧. XC. XΣ. XC. XS. ☧C. Omnia Χριςὸς, *Chriſtus* ſonant: aut ultima præſertim Χριςὸς Σωτὴρ ſignificare videntur. Sæpiſſime in Chriſtianorum monumentis apparent ea ſigla, ſpemque vita defunctos in Chriſto Deo repoſuiſſe demonſtrant. Fabrettus cap. X. n. 502. p. 740. Heſſelius num. 10. Gruterus p. 1048. num. 2. In S. Hippolyti Cathedra apud Corſinum p. 73. Marangonius in *Appendice* p. 77. Atque Muratorius p. 1822. n. 7.

HPAKΛIA PωMH
I CANA ΠAYCIN
CO ϒH ⫛ VXSXH

Quæ quidem Epigraphe ita latina fit a Cl. Marangonio loco ſupra citato. *Heraclia Romæ Spiritus tuus in requie*. At Ρώμη nomen proprium eſſe videtur, & in verſu tertio *Coῦ ἡ ψυχὴ* certiſſime legendum; in cujus vocis medio hæc ſigla ponuntur XS, quod Chriſtus eſt animæ noſtræ vita, ſecundum illud Joan. 14. 6. *Ego ſum via*, *veritas*, *& vi-*

Digitized by Google

*& vita*. Quare in latinum ſic eam vertimus. *Heraclia Rome in requie ſit anima tua Chriſtus*.

XI. XPY. Altera quidem in S. Hippolyti Cathedra apud Gruterum p. 140., ſonareque videntur Χριςȣ̃ Ἰησȣ̃, *Chriſti Jeſu*: ſi revera inibi ita ſcriptum fuerit: ſin autem legatur, uti eſt in accuratiſſima marmoris illius editione ΓΕΝΕϹΙϹ ΧϹ, & ΠΑΘΟϹ ΧϹ, tum Χριςȣ̃ Σωτῆρος interpretamur. *Nativitas Chriſti Servatoris*, *& Paſſio Chriſti Servatoris*. Altera vero Χριςȣ̃ ſignificant. Montfauc. Diar. Ital. cap. 8. pag. 118.

XPTO. XPΩ. XѠ. Singula Χριςῷ ſignificant. Fabrettus p.391. n. 254. Reineſius Claſ. XX. n. 365. p. 981. Sponius Itiner. p. 100. & 102.

ΙѠΥ ΕΝ ΧѠ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ

*Joannis in Chriſto Imperatoris Palæologi*. Hîc autem nobis ad memoriam revocare liceat, ne in Patriæ noſtræ rebus peregrini, atque hoſpites eſſe videamur, Palæologos ex Viterbio oriundos. Quod ne dubitare poſſimus, maximo argumento eſt Epiſtola Michaëlis Imp. Palæologi ad Urbanum IV. Pontificem Maximum ſcripta, in qua ei gratulatur, Vetuloniæ in Majorum ſuorum Sede Pontificem creatum fuiſſe. Inquit enim: *Summopere enim gauderem, lætarerque non modo viva illa recolenda præſentia, & ſolemni benedictione ſupremi Vicarii Dei immortalis in terris, ſed jucundiſſimo etiam perfruerer, optatiſſimoque illius perantiquæ Civitatis conſpectu; in qua Sanctiſſimo veſtro capiti Pontificia corona eſt tanto majori meo gaudio impoſita, quanto*

Z 2 *ab*

*ab hinc quingentos, & plures annos Vetulonia fuit domicilium, ſedeſque chariſſima Progenitorum noſtrorum &c.* Integram refert Cl. P. Felicianus Buſſi *Cleric. Reg. Miniſtr. Infir.* Lib. Hiſt. Viterb. n. XX. *Appendicis*. Nec minoris momenti eſt Epitaphium, quod extat adhuc in Eccleſia S. Mariæ *de Paradiſo* nuncupatæ PP. Minorum Obſerv. Viterbii.

D. O. M.
PRÆSTANTISSIMI ANIMI ATQVE VIRTUTIS IOAN. LASCARI PALÆOLOGO
ALEXII FILIO IOAN. ALEXII PRONEP. PRISCI IOAN.
PALÆOLOGI VITERBI ORIUNDI IMPER. CONSTANTINOP. AUG.
PII FOEL ABNEP. PRINCIPI MILITI FORTISS
SUI GENERIS MAIESTAT. PRÆSEFEREN. DE ITALIA AVITA PATRIA
MERITISS. CUJUS FOEL MEM POPUL VITERB MAGISTRAT
ET DECUR SIMULACRUM EJDEM IN PALATIO POSUERE
ALEXIUS LASCARIS PALÆOL SED APOST EQVITUM
PROMAGISTER PATER MOESTISS POSUIT. VIX ANN......
D. XVI. OBIIT VITERBI MDLVIII AVG

Quod ſi dixerimus, Palæologorum Familiam a Veterbo fuiſſe nuncupatam, haud male dixerimus. Has enim voces Lucumonem, Palæologum, & Viterbium idem ſignificare probabilitate magna exiſtimavit Doctiſſimus Ægidius Antonini Cardinalis Viterbienſis in ſua MS. Hiſtoria XX. Sæculorum; ubi pag. 46. hæc ille de Deſiderii Longobardorum Regis decreto tractans habet: *Nam præter oppida alia inſtaurata, ſicut id monumentum teſtatur* (Decretum videlicet Deſiderii, quod γνήσιον, verumque eſſe Grevius, Velſerus in nupera Gruteri editione; Carolus Sigonius, ut vidit illud, examinavitque, aliique plures doctiſſimi homines profeſſi ſunt) *Etruriæ Tetrapolim ad Cimini Montis radices muro cinxit, & ut Etruſcum, & Armenum antiquum nomen*

*Lucu-*

Digitized by Google

*Lucumonum interpretatur*, *quos Græci Palæologos vocant*, *quaſi vel rationis*, *vel orationis cuſtodes*, *latinam dedit Urbi appellationem*, *vocavitque Viterbium*. Si de omnibus his plura velis, conſule Volaterranum Anthropolog. lib. 23. Jacobum Gretſerum S. J. *in notis ad Hiſt. Bizant.* Lucam. Holſtenium *in notis ad Cluverium* num. 56., & Scriptorem nuperrimum Franciſcum Marianum Viterb. *Vatic. Baſilic. Benefic.*, *& Bibliothecæ Græcum Script.*, qui, quæ contra Viterbii antiquitates a pluribus, variiſque Auctoribus dicuntur, docte, mirificeque diluit in lib. *de Etruria Metropoli*, *in Oratione pro Jo. Annio Viterb.* In Opuſculis *contra Anonymum Mediolanenſem*, *de Camertibus Umbris ad Filetimum Adiaphorum*, *& de Umbris Etruſcis ad eruditiſſimum Ludovicum Antonium Muratorium*.

XCYΠΓ. Sunt ea Sigla in marmore *Trapezunte* poſito, in quo ædificia a Juſtiniano Auguſto *Alamanico*, *Gothico*, *Francico &c.* conſtructa recenſentur; quod Cl. Montfauconius in Palæogr. p. 174. exponit, atque ſiglis illis tertium fortaſſe Juſtiniani Conſulatum demonſtrari dixit, qui ſane in Chriſti annum 533. inciderat: quo forte anno ea ædificia in marmore notata cœpta fuere; quibus tandem abſolutis marmor poſitum tum fuit, cum Juſtinianus titulis ſupradictis frueretur. Attamen P. Corſinus p. 74. ea ſigla ſic legit. ΧειροτονηθέντοC YΠὸ Γερουσίας: ut ſcilicet oſtendatur, ædificia illa inſtaurata fuiſſe *ſtudio*, *& cura Uranii Deo dilectiſſimi* (ſic eſt in lapide), *qui a Senatu electus erat*. Quod licet probabiliter admodum dicatur, tamen ea Senatus electio pro deſtinando Uranio ædificiis reparandis haud neceſſaria fuiſſe videtur, præſertim quum in marmore legamus, Juſtinianum *trophæis ditatum*, *ſemper Auguſtum &c.* ea renovaſſe

vaſſe ædificia. Quare, niſi plurimum fallor, ita ſigla illa legenda ſunt: Χριςοῦ ΥΠερασπίζοντοC, *Chriſto Defenſore*: nimirum ut Victoriæ, quas ab hoſtibus Juſtinianus reportavit, quibuſque eos titulos, quorum ſupra mentionem fecimus, ſibi peperit, *Chriſto Propugnatori* adſcriberentur.

ΧωΡΕΠΙΣΚ. Χωρεπισκόπου, *Chorepiſcopi*. De quo ſupra dicebamus in ΕΥΓΕΝ.

Ψ

ΨΑ Ἑπτακόσια, *ſeptingenta*. Gruterus pag. 760. n. 6., & p. 890. n. 10. Ubi marmor hoc exhibet.

. . . . IAE. SERVEIS. CONTVL. HS. ʘ. ʘ. ʘ. ↓. V
. . . . MAG. X. DED. HS. S. S.

Quod Cl. Scaliger in indicibus Gruterianis cap. 20. interpretatur: *tria millia ſexcentos Victoriatos*. Idem marmor iterum profertur a Cl. Corſino pag. 86. in *Addendis*, ubi in prima linea exaratum fuiſſe CIↃ. CIↃ. CIↃ., non autem ʘ. ʘ. ʘ. arbitratur. Ægre etiam adducitur, ut in latino antiquo marmore ſeſtertiorum ſummam græcis characteribus exprimi credat. Quod ſi veritati congruat, litteram etiam ↓ proxime ſequentem expungamus, mutemuſve oportet. Attamen duo mihi pene certa ſunt. Primum illud eſt, quod non *ſexcentos*, neque *quingentos*, ut habet P. Corſinus pag. 86., at *ſeptingentos Victoriatos*, nummos ſcilicet argenteos ob victoriæ ſignum, quod præferebant, ita dictos interpretari debemus. Alterum eſt, quod ſeſtertios quoque, quum eorum figura tam belle in marmore picta ſit, minime præterire debemus, ita ut prima Inſcriptionis linea

nea forte legenda ſit hoc pacto . . . . *Contulit*, vel *Contulerunt ſeſtertiorum tria millia* fortaſſis, *ſeptingentos Victoriatos*. Secunda vero linea: *Dedit*, vel *dederunt ſeſtertios ſupra ſcriptos*.

Ψ. Interpunctionis vices gerit ſub hac ⫝ minore figura in marmore Emeritano apud Gruter. p. 591. n. 7. D ⫝ M ⫝ S Vide Reineſium in Præfatione, & Claſ. IX. n. 6. p. 551.

ΨΑΦΙ. Ψαφιδεὺς, *Pſaphideus*, ex *Pſaphide* Atticæ pop. Sponius Itin. p. 53.

Ψ. Β. & ΨΗΒ. Utraque Ψηφίσματι Βουλῆς, *decreto Senatus* ſonant. Cyriacus pag. 7. n. 52., & Reineſius Claſ. VI. n. 121. p. 458.

## Ω

ΩΑ Ὀκτακόσια, *Octingenta*. In marmore Oxonien. n. 28. p. 93. ƱB. DCCII.

Ω. Ὀκτακοσιοςὸς, *Octingenteſimus*. Gruterus pag. 169. n. 3., & Muratorius p. 268. n. 3. ΕΤΟΥΣ ϚΩΜΒ *anno* 6842.

Ω. Εἴκοσι τέσσαρες, *viginti quatuor*, quod Ω. in Græco Alphabeto XXIV. ſedem occupat. Donius pag. 362. Claſ. X. n. 38. Idem quidem valor tribuendus videtur notæ huic ω̄. quæ in marmore ad Sigla BIC a nobis expoſito reperitur.

ω. Gruterus p. 1047. n. 8. characteres hos Μ̆ω in lapidibus ſe notaſſe aſſeverat, quorum valor fortaſſe erit ΗΜερῶν ΚΔ. *dierum XXIV.*

Ω. ῶ. ΩΡ. Prima, & altera Ὥρας, *horas*, tertia Ὥραις ſignificant. Muratorius p. 1165. n. 10. Lupus pag. 37. Gruterus p. 634. n. 1.

ETECIN. M̄. MECIN. B. HMEP. K̄E. ωP. Z̄
*Annis XL. Menſibus II. Diebus XXV. Horis VII.*

ΩΑΘ.

Digitized by Google

ΩΑΘ. Ὠαθεν, ex *Oa* Atticæ populo, qui in Sponii marmore p. 51. Itiner. ſub Hadrianide Tribu collocatur; & in alio apud eundem p. 71. ſub Pandionide erat poſita: quare Populus ille ex hac Tribu in illam recens inſtitutam migraſſe dicendus eſt.

ω. XP. A. Initio Latini marmoris Gruteriani p. 1056. n. 2. ea ſigla conſpiciuntur. In aliis lapidibus primo loco A. frequentiſſime ponitur ſecundum illud Apocalypſeos c. 1. v. 8. *Ego ſum Alpha, & Omega; principium, & finis, dicit Dominus &c.* Quandoque tamen priori ſede collocatur Ω; quemadmodum apud quoque Cl. Boldettum p. 352. cernere licet; ut ea ſacra, ſolemnique formula intelligamus, (niſi falſus ſum) Chriſtianos in ultimo, tremendoque ſuæ vitæ diſcrimine, totos ſe, ſuoſque animos ad Chriſtum, ut ipſorum potiſſimum finem intendiſſe, eumque unice complecti cupiviſſe. Præclare D. Paulinus de litteris illis.

*Alpha itidem mihi Chriſtus & ω, qui ſumma ſupremis*
*Finibus excelſi pariter complexus, & imi,*
*Victor, & inferna, & pariter Cœleſtia cepit.*

# *F I N I S.*

Digitized by Google

# DE TUSCULANO
## M. T. CICERONIS
*NUNC*
## CRYPTA-FERRATA
*ADVERSUS*
## P. JOAN. LUCAM ZUZZERI
SOC. JESU
## D. BASILII CARDONI
ABBATIS S. BASILII MAGNI DE URBE

*Diſceptatio Apologetica.*




*ROMÆ MDCCLVII.*
SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLÆ IN VIA CURSUS.

---

EX TYPOGRAPHIA JOANNIS ZEMPEL
PROPE MONTEM JORDANUM.
*SUPERIORUM PERMISSU.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# D. BASILII CARDONI

ADVERSUS

## P. JOAN. LUCAM ZUZZERI

SOC. JESU

## *Diſceptatio Apologetica.*

I. Celebrem Marci Tullii Ciceronis Villam in ipſo eodem loco, ubi Cryptæ-Ferratæ Monaſterium eſt, olim extitiſſe, atque ex eo ſe longe lateque pandiſſe, vetus opinio eſt, jam uſque a primis Cryptoferratenſis Cœnobii ducta temporibus, & plurium, atque doctiſſimorum Virorum conſenſu confirmata. Quia tamen nonnulli in medium prodiere, qui opinionem illam variis rationibus, ac monumentis evellere conati ſunt, inter quos Cl. Scriptor Joannes Lucas Zuzzeri Soc. Jeſu eamdem rem nuperrime aggreſſus eſt, &



Digitized by Google

pro viribus conatur ſtatuere Tuſculanam Ciceronis Villam eamdem eſſe, quæ nunc *Ruffinella* dicitur, & a Collegio Romano poſſidetur (1); idcirco nos ut antiquitatum amatoribus pro virili parte conſulamus, noſtrique Monaſtici Inſtituti Studioſis diverſos Cryptoferratenſis Cœnobii ſtatus, viciſſitudineſque enarremus; operæ pretium duximus, ſi hujuſmodi rationes, & monumenta ad examen revocaremus, ac diligentius excuteremus: qua in re cum doctiſſimo P. Jo: Luca Zuzzeri nobis potiſſimum res erit.

II. Ut autem hujuſmodi rem ordine ſuo perſequamur, & Tuſculanum Ciceronis in eo ſitu, ubi noſtrum Cryptoferratenſe Cœnobium exiſtit, poſitum revera fuiſſe auctoritate, monumentis, ac rationibus oſtendamus; ab hujuſmodi Tuſculani voce, & tum antiqua loci ipſius appellatione, tum novo nomine eidem a multo tempore attributo libet exordiri.

III. Principio itaque illud ſciendum eſt, circa Sæculi XI. fere dimidium hoc haberi, ut Cœnobii noſtri ſitus, tractuſque Crypta-Ferrata denominatus reperiatur: vetuſtius enim, atque primum, quod ea ſuper re nobis monumentum occurrit, in Diplomate extat Pontificis Maximi Benedicti IX., initium cujus eſt: *Sicut plurimum gaudemus*; quodque Anno Domini MXLIV. editum eſt (2); in eo etenim Diplomate talis ſubſcriptio habetur expreſſa: *Bartholomæus Ven. Abbas S. Mariæ Grotta Ferrata*: Quod certe quum XXXIX. poſt D. Nili ejuſdem Cœnobii Fundatoris obitum, annum incidat; hoc pri-

(1) *In Diſſertatione Venetiis anno 1746. edita, cujus titulus ſic habet*: Sopra un' antica Villa ſcoperta ſopra Fraſcati nelle appartenenze della nuova Villa del Collegio Romano.

(2) *Bullar. nov. edit. Romæ ann. 1739. ad ann. Chr. 1044. pag. 352. ex Cod. Travisaneo edidit Nicolaus Coletus Ital. Sac. Tom. V. col. 1113.*

Digitized by Google

primum conſtat, vel ab ipſis Cœnobii ejuſdem primordiis factum eſſe, ut Tuſculanum hujuſcemodi appellationem ſortiretur. Porro autem tali denominatiòni occaſionem datam fuiſſe probabili conjectura dicendum eſt ab Imagine Sanctiſſimæ Deiparæ, quæ a SS. Nilo, & Bartholomæo in Crypta quadam collocata, cratibus ferreis obſepta fuit. Cui documenti ſuperius allati veritati ne quis fortaſſe quidquam ex eo detractum exiſtimet, quod in veteri Tabella, quæ in celebri PP. Benedictinorum Monaſterio Sublacenſi Ædiculæ SS. Λιψάνοις condendis deſtinatæ affixa eſt, perſpicue legitur, nempe: *Divi Baſilii Magni Caputium .... Divus Gregorius Nazianzenus .... ex Cappadocia in Italiam Joanni Cappadoci Cryptæ-Ferratæ in Tuſculo Abbati tranſmiſit* .... licet res parvi ſane momenti ſit, admonendus hoc loco lector eſt, ea in inſcriptione mendum ineſſe apertiſſimum, quod tali modo corrigendum ſit, *Joanni Cappadoci Sanctæ Agathæ Cœnobii Abbati*; quippe quum de eodem fama ſit, quod Anno Chriſti CCCLXX. Monaſterium illud S. Agathæ prope Tuſculum XV. ab Urbe milliario a fundamentis excitaverit. Eamdem præterea denominationem Tuſculani noſtri tum ex aliis monumentis, tum ex lapidibus, ac præcipue ex marmorea Inſcriptione, quæ prope ſacram Cryptoferratenſis Templi Turrim parieti infixa conſpicitur, deprehendere eſt. Hæc enim Epigraphe, in qua trium ſupra decem Abbatum Cryptoferratenſium nomina exhibentur, eſt hujuſmodi.

*Obdor-*

✠ ΕΚΟΙΜΗΘΗ · Ο ΑΓΙΟϹ ΝΗΛΟϹ · ΕΤΟϹ ϚΦΙΓ ·
ΠΑΥΛΟϹ · Β · ΗΓΟΥΜΕΝΟϹ · ΚΥΡΙΛΛΟϹ · Γ · Δ Ο ΟϹΙ
ΟϹ ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟϹ · Ε · ΛΕΟΝΤΙΟϹ · Ϛ ΑΡϹΕΝΙ
ΟϹ · Ζ ΛΟΥΚΑϹ · Η ΘΕΟΔΟϹΙΟϹ · Θ ΙΩΝΑϹ · Ι ΝΙ
ΚΟΛΑΟϹ · ΙΑ ΝΙΛΟϹ · ΙΒ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟϹ · ΠΑΡΕΛΑΒΟΝ
ΤΗΝ ΗΓΟΥΜΕΝΙΑΝ ΕΓΩ ΝΙΚΟΛΑΟϹ ΤΟ ΠΑΙΔΙΝ ΤΗϹ
ΚΡΥΠΤΟΦΕΡΡΑϹ ΚΑΙ ΤΟΥ ΡΟΥΦΡΑΙΝΟΥ · ΕΤΟϹ ϚΧΜ ·
ΙΝΔ Ι ✠

*Obdormivit S. Nilus anno* 6513. ( Chriſti 1005. ) *Paulus II. Hegumenus*, *Cyrillus III.*, *IV. S. Bartholomæus*, *V. Leontius*, *VI. Arſenius*, *VII. Lucas*, *VIII. Theodoſius*, *IX. Jonas*, *X. Nicolaus*, *XI. Nilus*; *XII. Theodoretus*. *Accepi Hegumeniam ego Nicolaus Alumnus Crypto-Ferratæ*, *& Rufrani anno* 6640., ( Chriſti vero 1132. ) *Indictione X.* Prioribus tamen temporibus, & ante noſtri Cœnobii fundationem non Crypta-Ferrata, ſed Tuſculanus appellabatur ager ille, quum præter dubium ſit, a Tuſculanis Comitibus D. Nilum liberaliter accepiſſe Tuſculani agri portionem ad Cœnobium conſtruendum, ut infra oſtendemus (1). Ex quo fit, ut Tuſculanum Crypta-Ferrata, & Crypta-Ferrata Tuſculanum ſit, ac merito dicatur.

IV. Id

(1) *Vide inferius num. XXXV.*

Digitized by Google

IV. Id ipſum aſſeverarunt Viri plane doctiſſimi, quos inter, ut Calmetium (1), & Cluverium (2), alioſque bene multos prætermittam, Philippus Ferrarius in ſuo Geographico Lexico (3) hæc habet: *Tuſculanum Grottaferrata, & S. Maria di Grottaferrata. Villa Ciceronis apud Tuſculum.* Jacobus Facciolatus in ſuo Vocabulario, quod ſtudioſæ Juventuti magna cum laude concinnavit, ita ſcribit (4): *Tuſculanum Grottaferrata, S. Maria di Grottaferrata; Villa Ciceronis in Agro Tuſculano, nunc ibi Cœnobium inſigne Monachorum.* Et Jacobus Prouſt Tuſculanum ſic interpretatur (5): *Quod in Tuſculano Agro aliquot poſt annis Ciceronis prædium fuit, nunc inſigne Monachorum Cœnobium, diciturque Grotta-Ferrata, Tuſculum autem eſt Fraſcati.*

V. Jam vero clara in luce poſito, quod Crypta-Ferrata, & Tuſculanum idem ſonare ſemper conſueverit; ut planum deinde faciamus, tale Tuſculanum illud eſſe, in quo M. Tul. Ciceronis Villa locata foret; monumenta, ac rationes, quæ rem conficiunt, proferre neceſſe eſt; & in primis eæ loci notæ, atque characteres, nimirum illius poſitio, aëris qualitas, ſoli fertilitas, aliæque conditiones expendendæ ſunt, quibus perſpectis evincatur, omnia quæ Tuſculano noſtro conveniunt, Tuſculano Ciceronis, atque ipſius Villæ convenire. Quum autem hujuſmodi loci dotes inter alios a Strabone potiſſimum Geographo accuratiſſimo enarrentur; ſingillatim unaquæque ipſarum expendenda nobis erit, antequam Adverſarii

(1) *In ſua Univerſali Hiſtoria ad ann. Chr.* 1004.

(2) *Italic. Antiquit. Cap. II. Lib. III. pag.* 994.

(3) *Pag.* 271.

(4) *Voce Tuſculanum.*

(5) *In notis, & interpret. Lib. I. M. T. Cicer. de Oratore not.* 3. *pag.* 14. *edit. Patav.* 1722.

Digitized by Google

ſarii objectionibus reſpondeamus; ut luculenter innoteſcat, quam apte, & quam vere omnes Cryptæ-Ferratæ ſimul, & Ciceronis Villæ congruentes ſint. Quod ut præſtemus, integram Strabonis (1) deſcriptionem prius apponamus oportet. Τὸ γὰρ Τοῦσκλον, ait ille, ἐστὶ λόφος εὔγεως, καὶ ἔνυδρος, κορυφούμενος ἠρέμα πολλαχοῦ, καὶ δεχόμενος βασιλείων κατασκευὰς εὐπρεπεστάτας. Συνεχὴ δ' ἐστὶ, καὶ τὰ τῷ Ἀλβανῷ ὄρει ὑποπίπτοντα τὴν αὐτήν τε ἀρετὴν ἔχοντα, καὶ κατασκευήν, Ἐφεξῆς δ' ἐστὶ πεδία, τὰ μὲν πρὸς τὴν Ῥώμην συνάπτοντα, καὶ τὰ προάστεια αὐτῆς, τὰ δὲ πρὸς τὴν θάλατταν. *Tuſculanum enim hic eſt Collis terra fertilis, & irriguus, placido ſe attollens vertice multis in locis, regia, pulcherrimaque capiens ædificia. Continentia vero ſunt illi, quæ Albano monti ſubjiciuntur eadem prædita virtute, & ornamentis; dehinc planities eſt, qua quidem Romam, ejuſque ſuburbia, qua vero mare contingens.*

VI. Ex hac autem Strabonis deſcriptione, ut diſcutiendum proponatur quid pro nobis, quid pro adverſario faciat; illud inprimis conſtituendum eſt, agrum illum, qui Tuſculani nomine inſigniendus, & in quo Ciceronianæ Villæ ſitus ſtatuendus ſit, debere eſſe primum terra fertilem, & irriguum, eminenti quidem loco poſitum, tum pariter minime adſcenſu arduum, ſed talem, qui & multis, & amplis continendis ædificiis ſit aptus, eoque ſoli ingenio, & præſtantia præditus, ut & fertilitati, & aquarum copiæ continendæ quammaximè opportunus ſit; quis autem non videt omnia hæc uni Cryptæ-Ferratæ, non autem Tuſculi dorſo, de quo Cl. P. Zuzzeri affirmat (2), apprime convenire? Ea ſiquidem non ſolum in eminenti planitie, teſte Bernardo Sacchi (3), poſita eſt, non ſolum

(1) *Lib. V. pag. 239.* (2) *Num. III. pag. 7.*

(3) *Lib. primo de Italic. Rer. varietate, & elegantia.*

ſolum uvis, pulcherrimiſque oleribus feraciſſima, & non ſolum in ea horti ſunt olerum pulcherrimi, ut Pius II. animadvertit (1); ſed & præterea nullus in iſtis partibus, tam aquis abundans Collis eſt, quam Crypta-Ferrata. Contra vero ſi loci illius natura attendatur, ubi noſter adverſarius poſitam fuiſſe Ciceronis Villam contendit (2), manifeſte deprehendetur, nullam ex iis laudibus habere, quæ a Strabone Tuſculano noſtro tribuuntur, quæque Ciceronis Villæ convenire ex ejuſdem ſcriptis, aliiſque teſtimoniis comprobatur. Primum enim neque εὔγεως, neque ἔνυδρος λόφος erit: Quod autem præterea fertilis eſſe non poſſit, ea quidem fertilitate, quæ Tuſculano, ex Strabonis verbis, aſſignatur; ab ipſa ardui nimis montis natura, & ab aquæ defectu evincetur. Quum enim maxime ardua quæque loca ſilveſtria ut plurimum ſint; permultum etiam fertilitati officit aquarum penuria, qua ea loca laboraſſe, evidenter colligere eſt ex iis, quæ mox dicentur, & ex quibus conficitur, attributa Tuſculani nullatenus Villæ *Ruffinella* dictæ, maxime vero Cryptæ-Ferratæ convenire. Primo ſane Ciceronis Villam valde irriguam fuiſſe perſpicuum ſatis eſt; atque eam aquarum copiam, præter alias, quibus ager noſter imprimis abundat, per aquam potiſſimum illam, quæ Crabra dicta eſt, (ut mox pluribus erit demonſtrandum) in eam fuiſſe derivatam. In aquæ autem Crabræ mentione, quæ a Frontino habetur, quum nulla de jugo, nulla de Tuſculi monte verba fiant; primum & maximum hoc obſtaculum Cl. Viro P. Zuzzeri erit, ne is

b recte

(1) *Lib. II. pag. 570. Comment. Pii II. Pont. Opt. Max.*

(2) *Num. VI. pag. 9., & Num. VII. pag. 10. hæc habet:* Prendendo poi la miſura della diſtanza dal luogo della ſcoperta Villa, che ſta ſul fine delle altezze del Monte Tuſculano .... &c.

recte efficere poſſit, Ruffinellam ſuam Ciceronis Tuſculanum habendam eſſe.

VII. Et antequam de loco, ubi aquæ hujuſmodi origo fuerit, quidquam dicatur, & priuſquam probetur, ex menſura diſtantiæ, in qua aquæ ejuſdem caput erumpebat, Crabram aquam montem, ubi Ruffinella eſt, perfundere minime potuiſſe, Sex. Julii Frontini (1) Viri Conſularis, cui ab Imperatore Nerva aquarum cura demandata fuerat, verba recitentur: *Præter caput Aquæ Juliæ transfluit aqua, quæ vocatur Crabra: hanc Agrippa omiſit, ſeu quia uſum improbaverat, ſeu quia Tuſculanis poſſeſſoribus relinquendam credebat; ea namque eſt, quam omnes Villæ tractus ejus per vicem in dies, moduloſque certos diſpenſatam accipiunt, ſed non eadem moderatione: Aquarii noſtri partem maximam ejus ſemper in ſupplementum Juliæ vindicarunt. Excluſa ergo eſt Crabra, & tota juſſu Imperatoris* (Nervæ nimirum) *reddita Tuſculanis*. His autem Strabonis, & Frontini teſtimoniis tam aperte Cl. Zuzzeri rationes eliduntur, ut quamvis ille multa erudite proferat, & mox recitatas utriuſque auctoris ſententias ſibi ſuffragari pro viribus contendat; luculenter tamen eidem adverſari, facili negotio poſſit quiſquis deprehendere. Frontinus equidem tacet quonam in loco Aquæ Crabræ fons prorumperet; attamen majores noſtri, & loci illius habitatores perpetuo tradiderunt, eam ſupra Cryptam-Ferratam ad radices propemodum Albani Montis prorupiſſe, quod etiam doctiſſimi Viri Lucas Holſtenius, & Ferrarius, ſeu Antonius Baudrand, qui ejus Lexicon Geographicum auxit, locupletavitque, non obſcure affirmarunt. Ille enim in Notis ad Cluverium (2) Aquæ Crabræ fontem milliario circiter & dimidio ſupra

(1) *De Aquæductibus Cap. IX. edit. Poleni*. (2) *Pag. 719*.

Digitized by Google

ſupra Cryptam-Ferratam, & paſſibus biſcentum ab Aquæ Juliæ fonte ſe inveniſſe teſtatur; alter vero (1) memoriæ hæc tradidit: *Aqua Crabra . . . oritur in Latio ex Agro Tuſculano paulo ſupra Cryptam Ferratam*; quæ quidem ſententia cum Frontini loco nuper laudato maxime conſentit: Sic enim Aqua Crabra ad omnes Tuſculi Villas, quæ (ſi Gabinianam, vel alias pauculas excipias) haud in Tuſculano monte, ut auctor eſt Cl. Antonius Mancinellus Horatii Interpres, ſed ſub Tuſculo erant: (*tales enim Villæ*, ait ille, *ſub Tuſculo erant, ut diximus* (2) perduci comodiſſime poterat: Illud inſuper ex Frontini loco notandum eſt, quod ſententiam noſtram, & rei veritatem maxime confirmat; Aquam ſcilicet Crabram modo uni, modo alteri Tuſculani Villæ in dies diſtributam fuiſſe, *ſed non eadem moderatione*, Aquarioſque Romanos partem maximam ejus ſemper in ſupplementum Juliæ vindicaſſe, ex quo certe conficitur, quod, quantumvis juxta ſententiam Cl. Zuzzeri (cui poſtea ſuo loco reſpondebitur) Aqua Crabra in monte, in quo fere omnes pro lubitu ſuo collocat Villas (3), Ciceronis Tuſculanum irrigare potuiſſet, eum tamen vere irriguum, aquiſque abundans, ut a Strabone dicitur, reddere non poterat.

VIII. Profecto ad eam Aquarum copiam conficiendam etiam Tepulam Aquam confluxiſſe certiſſime dicendum eſt. Ea autem quum etiamnum in Crypto-Ferratenſi Territorio uberrime fluat, aſſertum noſtrum maxime corroborat. Et ſane, ſi quod Aldus Manutius Pauli filius (4) de Aqua Tepula



(1) *Pag. 200. dicti Lexici.*
(2) *In Ode prima Epodon.*
(3) *Num. LV. pag. 54., & 55.*
(4) *De Quæſit. per epiſt. lib. III. pag. 33.*

Digitized by Google

affirmat, perpendamus; hoc, quod diximus, veriſſimum eſſe reperiemus: *Aqua Tepula*, inquit ipſe, *ex Agro Lucullano, quem quidam Tuſculanum credidere, in Cælium Collem, Aventinum, & Capitolinum a Cenſoribus Cæpione & Longino perducta anno Urbis DCXVII. Hujus Aquæ fontes nulli fuere, Venis quibuſdam conſtabat, quæ interceptæ ſunt in Julia: itaque caput ejus obſervabatur a Piſcina Julia. Concipiebatur via Latina ad milliarium XI., inde rivo ſuo in Urbem perducta Juliæ poſt mixta. Nam Agrippa Anno Urbis DCCXIX. ad milliarium XII. via Latina alterius aquæ proprias vires collegit, & Tepulæ rivum intercepit; acquiſitæque ab Inventore nomen Juliæ eſt datum, ita tamen diviſa erogatione, ut maneret Tepulæ appellatio*: Quæ quidem omnia non modo dictis Frontini (1) conſentanea apprime videntur, quippè qui præterea de Aqua Julia loquens, eam *ad milliarium ab Urbe XII. Via Latina euntibus ab Roma dextrorſus millium paſſuum duum* collectam fuiſſe teſtatur; ſed & Ciceronis menti & ſcriptis quam maxime congruit. Quum enim ex epiſtolis (2) ejus ſatis conſtet, ipſum aquarum copia valde delectatum fuiſſe; & quum una Crabra, quæ certa quadam menſura in dies Tuſculanis Villis erogabatur, Tuſculano ἐνύδρῳ, ſeu illi aquarum affluentiæ, (ex iis quæ ſupra docuimus) minime ſufficere potuerit; merito aſſeverare licet, Crabram, Tepulamque Aquas Juliæ mixtas in Tuſculanum ſuum a Cicerone fuiſſe perductas. Idque ex eo magis ac magis fit veriſimile, quia, quum aquæ iſtæ vel in ipſo Cryptæ-Ferratæ Territorio erumperent, vel prope illud ſaltem fluerent, facile Ciceroni erat, eaſdem colligere, atque in Villam ſuam derivare.

(1) *Loco citato in Cap. IX.*

(2) *Epiſt. ad Famil. lib. XVI. epiſt. 18., & ad Q. Fratrem epiſt. prima lib. III.*

Digitized by Google

vare. Quod autem de hiſce omnibus nullus dubitandi locus reliquus ſit; ſatis eſt animadvertere, quod quantum ad Crabram, & Tepulam attinet, eæ adhuc in Crypta-Ferrata perdurant: de Julia vero, eidem aſserto noſtro firmitatem addit, quod idem Ferrarius ſcribit (1): *Juliæ ab Aureliano ducta in Tepulam XII. ab Urbe lapide incidebat*.

IX. Ne autem ad hoc propoſitum ea a nobis diſſimulentur, quæ ab adverſario noſtro coacervatim congeruntur, ad firmiſſima ea fundamenta convellenda, per quæ luce clarius evincitur, ex Aquarum Crabræ, & Tepulæ affluentia Ciceronis Villam in eo ſitu extitiſſe, qui a Strabone deſcriptus eſt; quomodo idem Cl. P. Zuzzeri ratiocinationem noſtram impugnandam aggreſſus ſit, videamus (2). Is profecto animadvertit, validiſſimo ſe conſtringi argumento, ea nimirum difficultate, quæ circa Aquam Crabram potiſſimum illi ſuperanda eſt; quo uno omnes illius rationes irritæ redduntur; ideo varia ſollicitus exquirit effugia, variaſque rationes aucupatur, quæ vel exigui momenti ſunt, vel quæ invicem etiam inter ſe pugnant, adeo ut ipſe ſibi non ſatis in ea re conſtare videatur. Primum quidem permotus loco illo Ciceronis contra Rullum (3): *Ego Tuſculanis pro Aqua Crabra vectigal pendam, quia a Municipio fundum accepi, ſi a Sylla mihi datus eſſet, Rulli lege non penderem*: ad variantes provocat lectiones, *Crebram* pro *Crabra*, Mancipium legendo pro *Municipio*, atque hujuſmodi rebus inſiſtendo, quod ad rei, & difficultatis caput omnino non facit; ſe difficultatis nodum diſſolviſſe per variationem vocum arbitratur; neque videt, etiamſi

(1) *Pag.* 58.
(2) *Num. XLI. pag.* 40.
(3) *Cap. II.*

Digitized by Google

iamſi *Crebra* legendum foret, opus eſſe, ut ipſe oſtendat, quænam ſit Aqua illa, pro qua crebro habenda Cicero ipſe Tuſculanis vectigal pendere deberet. Hîc Rhodus, hîc ſaltandum. Certe a Cl. Viro probandum, ac demonſtrandum erat aliam primum, præter Crabram, eſſe Aquam, cujus Tuſculani poſſeſſores eſſent, & quæ alia ab ea eſſet, quam Frontinus nominat. Hæc autem quum nulla ſit, nec ab eo nominetur; contra vero ex luculentiſſimis Frontini verbis pateat, *Crabram* eam eſſe Aquam, cujus proprietas penes Tuſculanos eſſet, ac poſſeſſio ab Agrippa & Nerva illis confirmata, & ex ea etiam Aqua omnes tractus illius Villas fuiſſe irrigatas; ab ipſa vectigalis penſione, quod idem adverſarius minime animadvertit, manifeſto deprehendimus, *Crebram* illam, quam ipſe fingere vult, ac nobis perſuadere, aliam certe nullam eſſe potuiſſe, præter Crabram ipſam, de qua apertiſſima, & luculentiſſima teſtimonia, atque argumenta ſuppetunt. Sicque aut Codicum auctoritatem, quos numero plures allegat, valde infirmam videri debere, aut dicendum, quod licet lectio vera foret, Crebra illa Aqua non alia niſi ipſa Crabra ſit, quam idcirco Cicero Crebram fortaſſe nominaverit, quod pro ea crebro habenda ad perpetuum vectigal ſolvendum Tuſculanis obnoxius eſſet.

X. Neque plus præterea veriſimilitudinis, aut rationis ineſt alteri argumento, quod idem Cl. Zuzzeri ex annorum ſerie (1) in ſui patrocinium accerſit. Is nimirum ut *Crebra* non *Crabra* in prælaudata adverſus Rullum oratione legendum eſſe oſtendat, ad tempus provocat, quo Ciceronis Villa aquæ iſtius beneficio irrigua eſſe incœperit; ipſiuſmet Ciceronis locum producit ex poſtremo ejus libro Epiſtolarum

ad

(1) *Num. XLVI. pag. 46.*

ad Familiares (1) excerptum, in quo ab eodem Cicerone, Tironem ſuum alloquente, Crabra nominatur, mox ex eo loco Auctor conficit, Ciceronem ibi de Crabra emenda agere; & quum a tempore, quo habita eſt Oratio in Rullum, ad tempus conſcriptæ epiſtolæ, ſecundum rationes ab ipſo adductas (2), decem & octo anni intermedii ſint, perſpicuum inde eſſe autumat, *Crabram* in loco contra Rullum legi non poſſe, cujus Aquæ emptio nondum facta eſſet. Hîc vero primum adverſarium noſtrum amice rogatum velim, undenam illi conſtet, in epiſtola ad Tironem de Crabræ emptione ſermonem eſse? Accuratiſſime legat, & perlegat integrum epiſtolæ contextum, mihique indigitet, ſi valet, ejus locum, ubi emptio aliqua memoretur. Certe quum in ea epiſtola de variis aliis rebus ſermo ſit, poſteaque verba illa excipiant: *De Crabra quid agatur . . . . velim ſcire*. Leviſſima mihi conjectura, ne dicam ſomnium, eſse videtur, quod de Aqua Crabra emenda Cicero cum Tirone agat. Verumtamen, quoniam hîc res meris tractatur conjecturis, quibus Cl. Zuzzeri diſsertatio contra monumentorum pondus tota innititur, demus nunc, ea in epiſtola Ciceronem de Crabræ emptione agere: quid quæſo vetat in iſta hypotheſi, ne cenſeamus, Tullium ibi loqui de Crabræ emptione derivandæ non quidem in Villam ſuam, quam eadem Aqua pridem abluebat, ſed in alium agrum, ſeu fundum, quem ipſe ſibi eſſet comparaturus? Nonne hoc ipſum Cl. Zuzzeri dum ſua intereſt, quamquam alio reſpiciens (3), animadvertit? Rurſus quid vetat, ne dicamus, aliud quidquam eveniſſe, cujus cauſa Cicero de

(1) *Epiſt. XVIII. ad Tironem*.

(2) *Loco ſuperius laudato*.

(3) *Num. XLIX. pag.* 48.

Digitized by Google

de Crabra meminerit, puta quod ipſius Aquæ pars diffluxiſſet, diſperiſſet, ſive quocumque alio modo deviata eſſet; præſertim quum de unica Crabræ deficientia, alia aquarum copia ſuppetente M. Tullius agere videatur, dum ait: *Etſi nunc quidem etiam nimium eſt aquæ*; niſi forte ad imbres tunc temporis decidentes, ut ex ipſo epiſtolæ contextu opinari quis poteſt, potuerit alludere.

XI. Verum bene habet, quod nobis rationes, & monumenta ſuppetunt, omnem hac ſuper re ſcrupulum omnibus, atque adeo adverſario noſtro eximendi, eumdemque in anguſtum redigendi, ut amet deinceps non meris verbis inſiſtere, & res quæ nullam cum iis affinitatem habent, deducere. Bene inquam habet, quod verba illa: *de Crabra quid agatur*: quid ſibi velint, optime ex eo licet colligere, quod conſtat, revera Ciceroni de hac Aqua Crabra litem aliquando fuiſſe; ad quam litem per quam veriſimile eſt, per ejuſmodi verba epiſtolæ ad Tironem alludi, quod quidem Cl. P. Zuzzeri vel ignoravit, vel diſſimulavit. Melius præterea habet, quod de hujuſmodi Aquæ controverſia in Oratione pro Cornelio Balbo non modo aperte loquitur, ubi Juriſconſultos nominat, quos ea ſuper re conſulebat, ſed tali modo loquitur, ut noſtro adverſario valde quidem diſplicuerit, & omnem, quam in ſuis differentiis verborum, locorumque machinationem facit, evertat omnino: *Si nos de Aqua noſtra Tuſculana M. Tugionem potius, quam C. Aquilium conſulebamus*; audiat Cl. Vir, audiant in anteceſſum adverſarii, *de Aqua noſtra Tuſculana*, agnoſcantque, aquam, quæ nomine eſt Crabra, Tuſculanam a Cicerone nominari; quod indubitanter affirmat Grævius in locum illum Ciceronis hiſce verbis: *Crabra Aqua, quæ nunc Marrana dicitur*.

XII.

Digitized by Google

XII. Et quoniam ad convellenda ipſa firmiſſima fundamenta, per quæ Tuſculanum aſſeritur noſtrum, & quæ in irriguitate Soli, & Crabræ ſcaturigine vim validiſſimam habent, Adverſarius ipſe (1) ſuper nominibus modo Villæ, modo fundi, alias Horti tergiverſatur; operæ pretium eſt animadvertere, non modo eum ſibi minime conſtare, ſed ea quæ aperte contra ipſum ſunt, ſæpius in aſſerti ſui confirmationem aſſumere. Hoc vero manifeſtiſſimum fit ex eo, quod ipſe affert ad evincendum, quod etiamſi *Crabra* in loco Orationis contra Rullum legi oporteat, adhuc ex diſtinctione Villæ, & fundi, Ciceronis Villa non in loco Crabræ, ſed alibi, ubi ipſe nimirum vult, ponenda ſit. Quum enim Cicero in dicta Oratione affirmet, ſe vectigal Tuſculanis pro aqua Crabra pendere, quia a municipio, non autem a Sylla fundum accepiſſet; ſtatim Cl. P. Zuzzeri arripit occaſionem deducendi, quum pro fundo ſe vectigal pendere Tullius affirmet a Tuſculanis accepto, non autem a Sylla dato; Aquam Crabram ad fundum dumtaxat, non autem ad Villam pertinere debere; immo præterea fundum, & Villam in Ciceronis loco res eſſe inter ſe diverſiſſimas, ac propterea Villam in loco plane diverſo, quo Crabra minime pertingat, eſſe reponendam. Præclaram argumentandi rationem! quæ ab ipſis Ciceronis verbis ineptiſſima convincitur. En verba Ciceronis: *Ego Tuſculanis pro Aqua Crabra vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi; ſi a Sylla mihi datus eſſet, Rulli lege non penderem*. En autem quod ex verbis illis, etiamſi cum P. Zuzzeri fundus pro re a Villa diſtincta haberi velit, a nobis deducitur magis certe probabili deducendi ratione, quam vana, ut plerumque fit, conjectandi forma; ex hoc enim quod Ci-

C cero

(1) *Num. XLIX. pag. 48. & ſeqq.*

cero ſe ad pendendum Tuſculanis pro Aqua Crabra vectigal, quoad fundum ab illis acceptum, ſe pronunciet obnoxium, a qua obligatione ſe immunem ait fuiſſe futurum, ſi a Sylla accepiſſet; arguimus nos, & merito arguimus ex ipſa acceptionis diſtinctione, & Syllæ nominatione Crabram ad Tuſculanum, ſeu Villam, ſeu fundum debuiſſe pertinere. Manifeſtum eſt enim, quum per occaſionem, in qua de pendendo tributo agitur pro fundo a Tuſculanis non a Sylla dato, unius Crabræ mentio habeatur; per axioma illud fieri, ut eadem, quantum ad ipſius Aquæ Crabræ relationem, cenſenda ſint, ſive fundus, ſive Villa, quæ vel a Tuſculanis, vel a Sylla quovis titulo Ciceroni eidem data forent.

XIII. Verum hæc obiter a nobis dicta fuerint, & ut umbras umbris opponeremus, obſequuturi adverſarii ingenio, qui ludicris plane armis pugnans, valida, quæ contra ipſum ſunt, tela nequaquam advertit. Non advertit, inquam, locum hunc maxima vi ipſum, & Ruffinellām ſuam impetere; ſive quia ad aſſertum ſuum corroborandum Auctorum verba temere aſſumit; ſive quia Auctorum loca oſcitanter, & textum ſine contextu legit. Profecto enim, ſi locum Orationis contra Rullum attente examinaſſet, & caput illud Agrariæ legis, in quod Cicero invehitur, attendiſſet; luce clarius obſervaſſet, non ad alium finem a Cicerone de vectigali pro Aqua Crabra pendendo mentionem fieri, niſi ut ante Populi Romani conſpectum ponat effectus, qui ex legis illius acceptione exiſterent, utque detegat, quorſum verſutia, ac malitioſa Tribuni Plebis lex collimare videatur; ad quod oſtendendum, vectigal, quod ipſe pro ſua unius ejuſdemque Tuſculanæ Villæ aqua pendebat, exempli dumtaxat gratia in medium profert. Qua quidem ex re neutiquam illud emergit,

git, quod opinatur Adverſarius, diſtinctionem fieri fundum inter a municipio acceptum, & Villam, quæ a Sylla ad eum pervenire potuiſſet. Verum conficitur apertiſſime, Villam ſuam eam eſſe, pro cujus Aqua Crabra idcirco ipſe Tuſculanis vectigal pendebat, quod fundum in emptione ea conditione acceperat, quæ illi inerat, quum illi mancipio tradita eſt. Quod ſi Cl. P. Zuzzeri (1) animadvertiſſet; primum cum optimis & exemplaribus, & Criticis *mancipio* dumtaxat, legendum putaſſet; ( quia ſi *municipium* legas, nullus Ciceronianæ argumentationis, atque contextus Orationis ſenſus ſit, ) deinde deprehendiſſet, non duas innui venditiones, ac duarum rerum diſtinctarum, ſed totum ſermonem per hypotheſim, ut ajunt, eſſe; animadvertiſſet ad verba illa: *quæ poſt Marium, & Carbonem Coſs...... data, aſſignata, vendita, conceſſa ſunt*, ad quæ Cicero alludit per illa verba *ſi a Sylla mihi datus eſſet*; atque id evidenter confeciſſet, Ciceronem de Villa ſua, quæ certe Syllæ fuerat, hoc declarare, nimirum quod ſi ea per illas aſſignationes, aliaſve ejus generis conceſſiones data illi fuiſſet; futurum fuiſſe, ut diverſæ conditionis cenſeretur ( videlicet immunis, ) quam illius conditionis, cujus erat, quod a ſe mancipio eſſet acquiſita; ex quo tantum abeſt, ut id, quod Adverſarius vult, confici poſſit de Villæ nimirum, & fundi diſtinctione, ut potius ex eo vel cuicumque manifeſtum fiat, de una eadem Villa, Tuſculana nempe, ſub diverſo tamen titulo, ac reſpectu ſermonem haberi.

XIV. Præterea, recondita quidem non ſunt, quæ (2) de diverſa Villæ, fundi, horti acceptione animadvertit, quum

c 2 nemo

(1) *Num. XLII. pag. 41. & ſeqq.*

(2) *Num. XLIX. pag. 48.*

nemo ſit paululum in antiqua verborum Latinorum ſignificatione verſatus, qui hujuſmodi res ignoret. Nemo, inquam, ignorat, pro diverſa vocum, quas Scriptores ipſis quandoque affigere voluerunt, notione, diverſo quandoque modo alias intelligi Villam, alias hortum, alias fundum; aliam præterea eſſe Villam Urbanam, aliam ruſticam, aliam fructuariam: cæteraque id genus. Verum quid tum? Eſt enim etiam certiſſimum, vocem hanc fundum, ut plurimum in genere, ut ajunt, accipi; ac per eam totum & prædii, & Villæ, totiuſque ruſticæ poſſeſſionis tractum comprehendi: ex quo etiam factum eſt, ut pro tota aliqua ſorte ſeu pecuniaria, ſeu in alio bonorum capite conſiſtente intelligatur. Quod ſane etiam evidentiſſimum ex eo efficitur, quod vox ea fundus a Romano Oratore ad Populum Romanum prolata, ut illud obtineret, quod Orator ipſe intendebat, abſurditatem nempe novæ Agrariæ legis oſtendere, ejuſmodi eſſe debebat, quæ in univerſæ multitudinis mentibus talem notionem excitaret, per quam non de exigui cujuſdam prædioli conditione immutanda, ſed de maximis rerum poſſeſſionibus, & juribus, quæ ſuper iiſdem haberi poſſent, diſceptaretur.

XV. Sed jam ut ad aliud illud deveniamus ex iis, quæ in principio poſuimus, ad alteram nempe notam a Strabone aſſignatam, per quam Tuſculani ab ipſo deſcripti dotes cum amœnis deliciarum Tuſculi Villis, cumque Villa Tuſculana noſtra congruere videantur; pergratum illud ſe offert, quod Tuſculanum ipſum deſcribatur, nempe Collis non ſolum terra fertilis, & irriguus, quæ dotes Tuſculanæ Villæ, quam confingit Adverſarius, ut hactenus oſtenſum, minime conveniunt; verum etiam quod his multis in locis & placido ſit adſcenſu, ſeque veluti ſuaviter, & ſenſim attollat; quod quidem

dem

Digitized by Google

dem novæ Cl. P. Zuzzeri opinioni tam contrarium eſt, totque rationum ipſius, quibus ad eamdem ſuam opinionem ſuſtinendam adducitur, abſurda oſtendit; ut ſi parum ſibi conſtans in iis viſus eſt, quæ hactenus circa controverſiam de Aqua Crabra excuſſimus; multo ſane inconſtantior in iis, quæ mox examinanda ſunt, manifeſto deprehendatur. Is igitur contra præcipuam hanc, quam nunc diſcutimus, Strabonis de Tuſculano notam, atque omnium receptam, & confirmatam opinionem, genio tantum indulgens, & partibus ſuis; nequaquam veritus eſt, Ciceronianam Villam ex placido, amœno, & æquabili Collium tractu, ubi per tot annos ſita fuit, repente convellere, & in magis arduam Tuſculi ſummitatem tranſportare, utque eam autem ibi retineat, operæ pretium eſt, lectorem perpendere monumenta rationum, quibus eamdem circumvallat.

XVI. Inter alia itaque ait Adverſarius Ciceronis Villam in ſummo Tuſculo debere eſſe poſitam, quod (1) Gabinianæ Villæ propinqua eſſet. Hîc vero, ut omittamus, unde ipſi de certo Gabinianæ Villæ ſitu conſtet, concedamuſque Gabinii Villam in eo ſitu, ubi ipſe vult, fuiſſe collocatam; alterum ſequitur, ut ipſe idem duo alia explanet, tum Ciceronis Villam revera illi fuiſſe conjunctam, ſeu conterminam, tum ex hujuſmodi propinquitate confici eamdem Ciceronis Villam in præcelſa illa altitudine ſitam eſſe debuiſſe. Ad hoc probandum autem fiducia plenus Ciceroniana illa arripit (2): *Quum Domus in Palatio, Villa in Tuſculano altera ad alterum Conſulem transferebantur.... in fundum Vicini Conſulis* (Gabinii) *non inſtrumentum, aut ornamenta Villæ, ſed etiam arbores transfe-*

(1) *Num. VI. pag. 8. & ſeqq.*

(2) *Pro Domo ſua Cap. 24.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. II

*transferebantur*. Grave ſane, & Achillæum tale argumentum Adverſario viſum eſt, ut in ſummo Tuſculi vertice Ciceronis Villam fuiſſe debeat exiſtimari: Nobis vero perquam leviſſimum: primo quod hoc teſtimonium non ſit gravitate ſua alteri teſtimonio, & auctoritati præponderans, cujuſmodi a nobis præmiſſum eſt: ſecundo, quod res Oratorio more, & exagerandi cauſa prolatæ, vix minimum habent fidei momentum in iis, quæ ad hiſtoriam pertinent; poſtremo vero, quod tot reponi nullo negotio poſſunt, tot hîc pugnantia ſe manifeſtant, tot abſurda emergunt, ut hujuſmodi vicinitas, quæ dici poſſit, prorſus nihil aſſerto noſtro officiat. Principio ne tantum fidat Cl. Vir ſuper hujuſmodi vicinitatis voce, neve tum ipſe allucinetur, tum alios in allucinationem inducat, ad Logicæ ſcientiæ Canones eum mentem revocare velim, atque attendere, quænam maxima falſorum ratiociniorum inter homines cauſa potiſſimum exiſtat. Ea autem ſine dubio eſt, quod homines voces relativas, quæ per ſe nihil, niſi cum reſpectu ad aliam quampiam rem, innuunt, pro re aliqua tamquam poſitiva, & per ſe exiſtente accipiunt. Atque hoc eſt, videlicet id, quod ipſi Cl. Viro impoſuit. Vicinitatis vocabulum unum ex relativis vocabulis eſt; nec ex eo, quod vicinus a Cicerone dicatur ſibi Conſul Gabinius, deducendum ſtatim eſt, Villam illius Gabinii Villæ proximam, atque contiguam fuiſſe; quum potuerit itaque Ciceronis Villa Gabinii Villæ vicina aliarum Villarum reſpectu affirmari, etiamſi aliquanto nec modico intervallo diſtans eſſet: libens altera illa illa Ciceronis verba, quæ Adverſarius noſter ex alio loco adducit ad hanc rem probandam, uſurpavero (1): *Bona ad vicinum Conſulem de Palatio, de Tuſculano ad item vicinum alterum*

(1) *Poſt redit. in Senatu Cap. 7.*

*terum Conſulem*, *deferebantur*; Quid ſibi velint hæc verba, niſi ad ideas relativas attendamus, argumentationem conficiemus talem plane, qualem Cl. P. Zuzzeri (1): *Se addunque la Villa di Gabinio era ſituata nell'altezze del Monte Tuſculano, e ſe quella di Cicerone l'era vicina, convien dire, che ſteſſe ſul medeſimo Monte ancor queſta*. Mirum ni idem Adverſarius tali ratiocinationi addiderit, quod erat demonſtrandum; immo vero nos in ejuſdem gratiam addemus, quod talis a vicinitate neceſſitas erat, ut ipſa in Tuſculano monte ſita eſſet; ut, ſi non aliter fieri poſſet, Gabinianæ Villæ eſſet imponenda.

XVII. Cui neceſſitati Ciceronianam Villam in tam arduo loco imponendi, quoniam ex Adverſarii ſententia ſuffragari antiqui Horatii Commentatoris locus tam manifeſte videtur, ut ſuper eo is ſerio audeat triumphare; operæ pretium eſt, Poetæ verſus, & Interpretis expoſitionem hîc referre, ut Lector per ſe ipſe a principio agnoſcat, quam infirma ſint ea argumenta, quibus idem Adverſarius tamquam fortiſſimis, & evidentiſſimis rationibus, & monumentis pugnare ſibi perſuadet. En Horatii veſus (2):

*Nec ut ſuperni Villa candens Tuſculi*
*Circæa tangat mœnia*.

Et Commentatoris verba: *Superni* hoc eſt *in Monte ſiti*, *ad cujus* (Montis) *latera ſuperiora Cicero ſuam Villam habebat Tuſculanam*. Quid ergo? Quid inde ex hujuſmodi nempe, Commentatoris verbis conficiendum eſſe vult Cl. P. Zuzzeri? Nempe clariſſime argui, Ciceronianam Villam in ſummo montis vertice, ac ſupra Tuſculum ſitam fuiſſe. Ego autem pace ejuſ-

(1) *Num. 6. pag. 9.*
(2) *Epodon Od. prima verſ. 29.*

ejuſdem dicam, ex talibus Commentatoris verbis, nihil minus confici, quam quod ipſe intendit affirmare. Et ne cuiquam ſcrupulum moveant duo illa verba, *latera ſuperiora*; ad inferiora paulum deſcendamus, & in particula, ſeu propoſitione *ad*, & voce *latera* ab Interprete appoſita tantiſper immoremur; ſtatimque deprehendemus, Ciceronis Villam non in ſuperioribus quidem Tuſculi jugis, ſed ad eorumdem latera ſuperiora collocatam; quod idem eſt ac dicere, Ciceronianam Villam *prope*, ſeu *verſus* latera ipſa ſuperiora, inferiorum reſpectu, ſive ad eorumdem radices ſitam extitiſſe. Cujus particulæ uſum ſi Cl. P. Zuzzeri (1) animadvertiſſet, quod ſexcentis Latinorum Auctorum exemplis ad rem noſtram probare poſſemus; non tantopere quidem ſuper Commentatoris verbis exultaſſet, quaſi auctoritatem omni interpretatione, atque exceptione ſuperiorem, ut ipſe ait, a ſe ſtantem haberet.

XVIII. Ex hujuſmodi autem ratiocinandi methodo, mirum non eſt, ſi alia etiam Adverſarius peccet, atque in ſitu Villarum ſtatuendo, Villæ tantummodo, ſeu primarii ædificii rationem habeat, nec ſecum reputet, quanta earumdem extenſio eſſe poſſit, & quantum quoquoverſus ſpatii comprehendant. Sane quidem qui ſedulus fuit in dimetiendo intervallo (2), quod a Crypta-Ferrata ad ſummum Tuſculi dorſum intercedit; poterat item etiam aliquam menſuram inſtituere, ac mente concipere totius tractus, vel ambitus, quo magnificæ illæ Villæ continerentur, ac tali ratione nec eas tam in anguſtum conjeciſſet, quam mox demonſtraturi ſumus, ſeque aliis exſolviſſet nodis, qui nullo negotio expediuntur, atque ea

(1) *Num. IV. pag. 7. & 8. Ibidem num. V.*
(2) *Num. VII. pag. 9. & 10.*

Digitized by Google

ea in re operæ noſtræ peperciſſet ad ea diluenda, quæ nullius momenti ſunt. Ex quibus illud, in quo tam fortiter pugnat, (verba nempe Ciceronis ſuperius recitata) *In fundum autem Vicini Conſulis non inſtrumentum, aut ornamenta Villæ, ſed etiam arbores transferebantur* (1), facillime etiam explicatur; ubi animadvertitur, Villam aliquam, magnificam potiſſimum extenſione ſua non modo domum, ſeu inſulam, verum & alia ruſtica ædificia, prædiaque adjuncta, ac fundos complecti poſſe, unde & bene eo reſpectu vicinitas Conſulis Gabinii, atque arborum, cæterorumque ornamentorum, ſive inſtrumentorum translatio in ejuſdem fundum convenire poſſe intelligatur; & magis quod Adverſarius alio loco (2) fundi vocabulum in ſententia ſua contra nos pro parvi etiam prædioli notione accipiendum eſſe contendit.

XIX. Porro autem ad has rationes, quæ Adverſarii ejuſdem noſtri aſſertum de Ciceronis Tuſculano in ſummo Monte locando plane ſubvertunt, alia accedunt obſtacula, atque impedimenta, a quibus ut ſe expediat, hoc opus hic labor erit. Magna enim illi ſe offert difficultas ex variis aliis Ciceronis locis, in quibus pro deſcriptione, quam apponit, ſitus aliarum Tuſculi Villarum, partiumque Villæ ſuæ ad illas reſpectu, Cl. P. Zuzzeri Topographia effícta de conjunctione Gabinianæ & Ciceronianæ Villarum omnino evaneſcit. Quomodo autem hac de re plane convincamur, ſingillatim expediam. Primum Cicero hæc habet (3): *Vir magnus & nobis omnibus amicus L. Lucullus ferebatur quam commodiſſime reſpondiſſe, quum eſſet objecta magnificentia Villæ Tuſculanæ,*

d *duos*

(1) *Num. VIII. pag.* 10., & 11.

(2) *Num. L. pag.* 49.

(3) *Lib. III. de Legibus.*

Digitized by Google

*duos ſe habuiſſe vicinos, ſuperiorem Equitem Romanum, inferiorem Libertinum, quorum quum eſſent magnificæ Villæ, concedi ſibi oportere, quod iis, qui tenuioris ordinis eſſent, liceret.*

XX. Quum autem omnibus verioribus argumentis conſtet, Villam paullo ante nominatam Gabinii Villam fuiſſe; quamnam inibit rationem Adverſarius, ut inter Gabinii & Luculli Villam ſpatium inveniat ad Ciceronianam ſuam collocandam? Quod autem ea, quæ Luculli Villam contingebat. magnifica Villa, quæque excelſo loco erat poſita, Gabinii reipſa eſſet, planiſſimum fit Ciceronis ipſius verbis, quæ ſubſubjicimus (1): *Villam ædificavit in oculis omnium tantam, Tugurium ut videatur eſſe illa Villa, quam ipſe Tribunus Plebis pictam olim in Concionibus explicabat, quo fortiſſimum, ac ſummum Civem in invidiam homo caſtus, & non cupidus vocaret*, & alibi (2). *Ad cælum . . . . extruxit Villam in Tuſculano viſceribus Ærarii*; & alia illa (3): *Ad hunc Tuſculanum montem extruendum*: quod autem præterea altera Luculli foret, manifeſtum fit ex comparatione, quæ utriuſque a Cicerone fit per verba illa: *Tugurium ut jam videatur eſſe illa Villa* (Lucullana nempe), ad quam ipſe Tullius, utpote illi Gabinii oppoſitam & propinquam alludit. Hinc autem multa confici poſſunt, quibus ſemper inveriſimilior, atque improbabilior Adverſarii ſententia oſtendatur, noſtra autem magis magiſque confirmetur. Si enim pro vero hîc probatum eſt, Gabinianam Villam ſuperiorem, Lucullanam illi proximam, & præ illa inferiorem; ex ſententia autem Adverſarii ejuſ-

(1) *Oratio pro Sextio cap.* 43.
(2) *Pro Domo ſua cap.* 47.
(3) *In Piſonem cap.* 21.

ejuſdem (1) nonniſi duæ tantum Villæ in Tuſculi ſummitate locari poſſint, dicendum erit, Ciceronianam Villam extra prædicti montis ſummitatem, atque adeo in loco monte ipſo inferiore ponendam eſſe: quod alia etiam ex re magis probatur.

XXI. Ex pluribus Ciceronis ipſius teſtimoniis (2) certum eſt, Villæ ſuæ in Tuſculano Lucullum vicinum habuiſſe, & Tullii ipſius morem fuiſſe, quoties in ſua diverſabatur, ad Lucullanam identidem ſæpe ſe conferre librorum petendorum, vel aliquid lectitandi gratia. Certe ſi talis Villa (Ciceronis) in eo Tuſculi dorſo fuiſſet, quod Cl. P. Zuzzeri deſcripſit, & non Gabiniana potius, ex eo tam edito loco in Luculli Villam, quam ſic longe inferiorem habuiſſet, contendens, per non modicum tractum deſcendere debuiſſet, unde in Ciceronis ipſius lucubrationibus, ubi de tali tranſitu in Luculli Villam mentionem facit, verba hæc *deſcendimus*, vel *deſcendi* reperiremus; quemadmodum ubi voces illæ propriæ ſunt, ab eo factitatum invenimus. Sic enim de ſua Academia loquens, quæ in ſuo Tuſculano erat, quæque inferiori in loco poſita erat, habet (1). *Poſt meridiem in Academiam deſcendimus*, & alio in loco (2): *Itaque expoſitis Tridui diſputationibus, quartus dies hoc libro concluditur, ut enim in inferiorem deambulationem deſcendimus*. Quum tamen ipſe acceſſum ſuum ad Lucullanam Villam ſignificat, verbo veniendi non deſcendendi uſum deprehendimus (3). *Nam*, inquit, *quum in*

d 2

(1) *Num. X. pag. 12.*
(2) *De Finibus lib. III., & IV.*
(3) *Tuſculan. Quæſt. lib. II.*
(4) *Ibidem lib. IV.*
(5) *De Finibus lib. III.*

Digitized by Google

*in Tuſculano eſſem, vellemque e Bibliotheca pueri Luculli quibuſdam uti libris*, veni *in ejus Villam, ut eos ipſe, ut ſolebam, inde promerem; quo quum veniſſem* . . . & poſt pauca, *cauſſa fuit huc veniendi; ut quoſdam hinc libros promerem* ... *veni ut auferrem* (Commentarios Ariſtotelicos) *quos legerem, dum eſſet otioſus*; tandemque ſermonem, quem cum M. Catone illic inſtituerat, ſic clauſit (1). *Sed quoniam adveſperaſcit, & mihi ad Villam revertendum eſt, nunc quidem hactenus: verum hoc idem ſæpe faciemus*: ex quibus poſtremis etiam verbis magnum accedit pondus ad evincendum, nequaquam fieri potuiſſe, ut Villa Ciceronis in loco Ruffinellæ eſſet ſita. Quum enim non modo nulla de deſcenſu, & adſcenſu per Ciceronem mentio fiat, ſed etiam de frequenti hinc atque hinc reditu ſermo habeatur; *quod & ſæpe faciemus*, & prius, *veni in ejus Villam, ut eos ipſe, ut ſolebam*, inde promerem: vel ex hoc ipſo extra omnem dubitationis aleam poni debet, non fieri potuiſſe, ut ex tam arduo, & difficili tractu, provecta jam ætate quum eſſet tunc Cicero, tam facile ac libenter ultro citroque commearet. Eo vel magis quoque, quod quum hujuſmodi frequens acceſſus & receſſus commentandi gratia inſtitueretur, nemo non videt, quam inveriſimile ſit, eruditas diſputationes a doctis illis habitas, dum ſe vel præcipiti loco, ut ita dicam, dimitterent, vel ardua montium conſcenderent.

XXII. Sed quid pluribus argumentamur? Tam perſpicua, tam manifeſta ſigna ſunt verba ipſa, quæ Cicero ad hanc rem uſurpat, ut vel ſola omnem explodant Adverſarii hypotheſeos improbabilitatem; quodque maximum eſt, magis magiſque Strabonis ideam de Tuſculani ſitu, & genio, noſtram-

(1) *Ibidem lib. IV.*

Digitized by Google

ſtramque, & æquiorum eruditorum de Ciceroniana Villa in Crypta-Ferrata traditionem confirment. Convenit nos inter, atque Adverſarium, præter primarium ædificium, duo alia Ciceronem gymnaſia habuiſſe, atque aliquanto ab eo ædificio diſſita, ac remota, ad quæ animi gratia identidem divertebat; ſuperius nempe alterum, cui nomen Lycei, alterum inferius, quod Academiæ nomine diſtinguebatur. Hîc jam conſulantur Opera Ciceronis; ubi de ſuo ad utrumque locum acceſſu mentionem habet: ob oculos ponatur Topographiæ ſpecies, quam P. Zuzzeri proponit: convertantur autem oculi ad Crypto-Ferratenſis ſitus facilem illum æquabilemque tractum. Quid ait Cicero? quibus verbis utitur? ſequentibus; quæ licet non ignoret Adverſarius, eaque laudet; mirum ſane eſt, eum non videre quam perperam ſententiæ ſuæ reſpondeant. Et quidem ſic habemus (1): *Quibus de rebus & alias ſæpe, & paulo accuratius nuper quum eſſem cum Q. Fratre in Tuſculano, diſputatum eſt: nam quum* ambulandi *cauſa in Lyceum veniſſemus: id enim ſuperiori Gymnaſio nomen eſt* (2). Et *Nam quum de Divinatione Q. Frater ea diſſeruiſſet, quæ ſuperiore libro ſcripta ſunt, ſatiſque* ambulatum *videretur, tum in Bibliotheca, quæ in Lyceo eſt, adſedimus*. Quibus exprimendi formulis, quas adhibet pro itinere ad ſuperius Gymnaſium ſignificando, non abſimilia etiam uſurpat, qunm de altero loco agitur, qui reſpectu prioris erat inferiòr, ut facile intelligas non de operoſo itineris molimine, ſed de commoda ingrediendi opera rem intelligi, & quam maxime verbis Strabonis ἠρέμα κορυφούμενος, placidos ſe attollens adſcenſu, hæc omnia reſpondere (3). *Itaque quum ante*

(1) *De Divinitat. lib. I. cap. 1.* (2) *Ibidem lib. II. cap. 1.*

(3) *Tuſculan. diſputat. lib. II. cap. 1., & lib. III. cap. 1.*

*ante meridiem dictioni operam dediſſemus, ſicut pridie feceramus, poſt meridiem in Academiam deſcendimus . . . . eſt autem* ambulantibus *ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus* (1): Et *Itaque expoſitis Tridui diſputationibus, quartus dies hoc libro concluditur, ut enim in inferiorem ambulationem deſcendimus, quod idem feceramus ſuperioribus diebus: ſic acta res eſt.*

XXIII. Et quoniam ad peculiarem ædificiorum mentionem, quæ in Ciceronis Tuſculano, præter princeps Villæ ædificium, exiſtebant, devenimus; & in eo adhuc verſamur loco, ut pugnantes Cl. P. Zuzzeri inter ſe rationes excutiamus; non videtur & hanc prætermitti debere, quæ ex iis quæ repugnantiam habent, omnium repugnantiſſima eſt: quod ex iis animadverſionibus, quas hîc ſubjicimus ad evidentiam uſque compertum habemus. Ex Ciceronis verbis, & ex Patris Zuzzeri confeſſione (2) conſtat, memorata ædificia invicem inter ſe diſtantiæ non modicum habuiſſe. Animadvertat ergo Lector; ſi in ſententia Adverſarii Ciceronis Tuſculanum in Ruffinella ſtatuatur, quid inde abſurdi exoriturum ſit. Si enim ipſe, ut evincat, Tullii Villam in memorato loco eſſe, ad ſpatii menſuram confugit, & Gabinianæ Villæ vicinitatem ſuam præcipuam, & maximam rationem adducit, eamque ita propinquam facit, ut nonniſi tertia milliarii parte diſſitam velit (3): Hic ego eum optimo jure rogaverim, ut ſpatium mihi indicet, in quo ſuperius Ciceronis Gymnaſium reponendum ſit, viæque tractum, per quem inſtitutæ illæ ad commentandum deambulationes conficerentur. Non modo enim ſecundum

(1) *Ibidem lib. IV. cap. 1., & lib. V. cap. 1.*

(2) *Num. XIII. pag. 15.*

(3) *Num. XL. pag. 60.*

Digitized by Google

dum menſuram ab ipſo poſitam, deambulationis locus deerit, verum utriuſque Villæ ambitus tam anguſtis limitibus erit circumſcriptus, ut altera in altera contineri debere videatur. Quod autem Tuſculanum Ciceronis fundo late extenſo nequaquam careret, tum ex dictis ambulationibus ad utraque ſeparata, atque inter ſe diſtantia Gymnaſia, optime colligitur; tum ex regula illa in ædificandis Villis præſcripta, ut fundi & Villæ ſpatia apto ſibi modo reſponderent. Cato (1): *Ita ædifices, ne Villa fundum quærat, neve fundus Villam*, & Plinius (2): *Modus hic probatur, ut neque fundus Villam quærat, neque Villa fundum . . . . . quum Villa Scævolæ fundus careret, Villa Luculli agro*, ex quibus poſtremis maxime verbis Plinii oſtenditur, minime factum eſſe, ut & Cicero in hujuſmodi errorem inciderit. Quum enim is, ut alibi diximus, Lucullum vicinum haberet; quam notam in ædificandi ratione Lucullus incurrit, ab eadem certe Cicero nequaquam immunis evaſiſſet. Quæ quum ita ſint; aut ſententia Adverſarii noſtri prorſus vel ex hoc inveriſimilis eſt; aut debito ſpatio duabus Villis Gabinianæ & Ciceronianæ aſſignando, confictum quidem Ciceronis Tuſculanum totam pene Gabinianam occupare, Gabinianus autem fundus tam longe extendi deberet, ut intra vetus Tuſculum collocandus foret.

XXIV. Quarta reſtat nota, ſecundum quam, ex Strabonis ſententia, Tuſculanum Ciceronis non in dorſo Tuſculi, ſive in Ruffinella, optime vero in Crypto-Ferratenſi Agro ſit reponendum. Quid igitur ait Strabo? Quid de Tuſculano affirmat? Profecto Collem hunc non modo fertilem, irriguum, variiſque in locis placidiſſime aſſurgentem, verum & regiis, pul-

(1) *De Re Ruſtica cap. 3.*

(2) *Hiſt. Natur. lib. XVIII. cap. 6.*

Digitized by Google

pulcherrimiſque ædificiis exornatum eſſe aperte teſtatur. Hoc autem in præſentia nobis inſtat, ut probemus, non modo notam hanc Cryptæ-Ferratæ quam maxime convenire, verum etiam id tam eſſe contrarium ſyſtemati Adverſarii noſtri, ut luce clarius perſpicuum fiat, omnia contra illum eſſe, cuncta autem pro aſſerti noſtri confirmatione pugnare. Atque ut ab iis, quæ minoris momenti ducimus, exordiamur; utque aliis, quæ pro ſe affert, atque objicit Cl. P. Zuzzeri, paria referamus; hoc conſiderandum lectori primum proponimus, quinam ſit vere is locus, qui regiis pulcherrimiſque ædificiis capiendis aptus eſſe poſſit. Noſterne qui, ut adhuc probatum eſt, placido ac ſuavi adſcenſu ſe erigit, & lato tractu protenditur, an vertex anguſtus, & præruptus, quem nobis Adverſarius noſter vindicare contendit? Hoc autem Crypto-Ferratenſem noſtrum agrum inviſenti factis prius, quam rationibus apertum fiet. Quocumque enim luſtrando acceſſerit; pauca prædia, paucas Villas inveniet, in quibus veterum pavimentorum, ædificiorumque diſruptorum materies conſpicua non ſit. Ex hiſce autem nos in hac diſsertatiuncula noſtra pauca ſane ex quamplurimis dabimus, idque non ea gratia, ut monumenta hæc eruditis proponere, aut hiſce armis pro cauſa noſtra, quibus certe non eget, pugnare velimus, ſed ut ex hac etiam parte noverit Cl. Vir quid novis ſuis inventis, ac monumentis ex parte noſtra referri poſſit.

XXV. Ne igitur hîc expendendum proponamus (quod non minimam meretur animadverſionem) Monaſterii noſtri veteris ædificii partem tali in loco ſitam conſpici, ubi ſub terram diverſæ vetuſtatis reliquiæ porticus appareant reticulato opere inſignes, ne de orbiculata menſa diſſeramus, quæ,

ut

ut nonnullorum tulit opinio (1), ille eſt Trapezophorus, cujus meminit Cicero (2), quique in Pamphilianam Villam via Aurelia, una cum Hermathena ab eodem Cicerone (3) commemorata, & prope Cœnobium noſtrum reperta, translatus fuit, ne item hîc recenſeantur ſtatuæ M. Tullii Ciceronis, & M. P. Catonis nominibus inſignitæ, ac duæ illæ æneæ, quæ a Friderico II. Nuceriam hinc aſportatæ (4), & marmoreæ Inſcriptiones, ſive litterati lapides, qui alio pariter avecti, & ablati ſunt (5), & denique anaglyptici operis monumentum, quod Cœnobii Palatio ſupra Atrii oſtium appoſita in muro inſcriptione (6) etiamnum conſpicuum eſt, ad alia pergendo, quæ variis in locis Cryptoferratenſis Agri reperiuntur; primum vetuſtorum ædificiorum, quod tibi lector exhibemus, veſtigium, ac monumentum in loco extat, qui non procul a Monaſterio noſtro diſſitus eſt, cui ab antiquis Romanorum balneis, nomen factum eſt *la Bagnara*. Hoc autem in loco non modo antiquiſſimæ Fabricæ rudera adhuc viſuntur, verum etiam circa eumdem anno 1730. ſumptibus Cardinalis de Polignac marmorea, pulcherrimaque ſigna, atque Inſcriptiones erutæ ſunt, quæ in Placentinii Græcæ Pronunciationis Commentariolo relata videre eſt (7). Eadem porro



(1) *Sciommari Not. XXXIII. alla Vita di S. Bartolomeo in Roma 1728. pag. 192.*

(2) *Famil. lib. VII. epiſt. 23.*

(3) *Attic. lib. primo epiſt. 1., & ibidem epiſt. 3.*

(4) *Jannon. Tom. II. edit. Rom. ad ann. 1243.*

(5) *Vide Sciommari loco cit. pag. 193., & ſeqq.*

(6) *Conjicient poſteri quæ & quanta fuerint Tuſculanam Villam exornantia ſigna, menſæ, aliaque Monnmenta, quæ Nuceriam a Friderico II. translata ex hac una tabula velut e naufragio relicta, qnam conſervari curavit Franciſcus Barberinus S. R. E. Vice-Cancellarius.*


(7) *Pag. 51. & ſeqq.*

Digitized by Google

etiam veterum ſubſtructionum veſtigia Cœnobii noſtri Vinea repræſentat, quæ in Clivo poſita, & maris adſpectu, & aperto Sole jugiter gaudet, cui nomen nunc *la Vigna grande*; ubi muſivi operis, veteris ædificii, & aquæductuum reliquias ſuperſtites videmus, quæ latere variis, pulchriſque figuris impreſſo clauduntur. Quod ſi Dom. Octaviani Vinetum adeas, ubi Hoſpitium Monaſterii, (ab eo ſiquidem parum diſtat), atque Noſocomium quondam extitiſſe fertur, eadem fere antiquitatis ſigna pariter tibi occurrent; quum in eo vetuſtæ fabricæ, & rudera viſantur, in eodemque aquarum receptacula, atque aquæductus quondam reperti ſint.

XXVI. Quid deinde ſi Roſati vineam in eodem Cryptæ-Ferratæ poſitam Territorio ingrediaris? Mirum quantum ibi confirmatum Strabonis dictum agnoſces, ubi in ea rudera veterrimæ, atque ampliſſimæ Villæ, & porticus, atque muros, uti vocant, reticulatos, reliquias inſuper antiquiſſimæ viæ grandibus ſaxis conſtratæ ibidem videbis: per quam occaſionem, ut aliquid de eruditione in ſtudioſi Lectoris gratiam delibandum præbeamus; paucula hîc adnotamus, ac delineata exhibemus, licet nec ad aſſertum noſtrum probandum neceſſaria, neque vero magni momenti ſint. Via igitur illa, quam memoravimus, *Vinigiſia* dicebatur, cujus Syllam auctorem fortaſſe fuiſſe, rotunda hæc tegula, quam ſubjicimus, indicare videtur.

Vini-




*Vinigiſa Via Sul.*, ſcilicet Sullæ. In aliis vero lateribus

M. PVBLI L. POTI

DOMITI

T. DOM.
PRON. COS.

Quas forte ultimas litteras legere poſſumus, Aproniano Conſule.




Digitized by Google

In fragmento marmoris optimi

| |
|---|
| : : : : IOLANI |

Ex quibus conjicere quis poterit, eum fundum diverſis temporibus diverſos Dominos, eoſque Urbis primarios habuiſſe: Neque hîc ſane prætereundus Paſſarini fundus eſt, non amplius quam XL. circiter paſſuum a Crypta-Ferrata disjunctus, ubi triginta pene ſepulcra tegulis conſtructa, variiſque vaſculis, & lucernis exornata anno 1735. detecta ſunt; quarum nonnullæ apud nos aſſervantur. Quam per occaſionem ad ſepulcrorum antiquitatem magis illuſtrandam, non omittendum duco, integram, quam inibi reperiri contigit, tegulam hîc expreſſam apponere.



*Marci L. Laberii ſecundi ſepulcrum*; ubi ſignum illud poſt eas litteras SEP. pro Tau eſſe accipiendum perquam veriſimi-

le

le èſt, ut ex Placentinii Palæographia (1) recognoſci poteſt.

XXVII. Aliud præter hæc, & non ineruditum ſeſe offert monumentum, haſce item regiones perluſtrando abeunti tibi ad pontem uſque *de Squarciarelli* vulgato nomine dictum: ubi in vinea, quæ ibi eſt, inſulatus, ut ajunt, murus conſpicitur, cui nomen eſt *la Torre delle Streghe*, apud quem pulcherrima marmorea Inſcriptio reperta fuit, quam idcirco dimidiatam exhibemus, eo quod alteram marmoris partem fundi Dominus, deletis characteribus ad alium imprudens uſum adhibuit.

: : : : : : : TAEMAT :
: : : : : : : VCTOER : :
: : : : : : : : ABINO : :
: : : : : : : : : VSTO : : :

Qua in Inſcriptione conjectura ducor, Sabini & Venuſti, qui Conſulatum geſſere anno Chriſti CCXL., mentionem haberi. Neque vero, ſi pontem, cujus nuper mentionem feci, tranſmiſeris, deerunt tibi teſtimonia vetuſtorum ædificiorum; maxime ubi in fundum *Canonici Dondoli*, qui proprior Algido, montique Albano eſt, te converteris.

Idem pariter dicendum, ſi *DD. Gavotti* prædium inviſere animus ſit, quippe quum in eo tum complura anaglypha affabre elaborata ibidem reperta, & novæ domus parietibus infixa, tum aſaroti vetuſtiſſimi reliquias in Cella Vinaria conſpecturus ſis, tum denique vetuſtiſſimas aliquot Inſcriptiones deprehendes, e quibus hîc tantummodo tabulam fictilem, utpote pulcherrimam exponam.

(1) *Pag.* 11.

Nempe




Nempe *Opus ſervile Fortunati Mardonæ ex prædiis Titi Manlii Maximi Severi*.

XXVIII. Tandem autem ne per omnia excurrendo nimis longum faciamus, aliud addemus monumentum, ex quo luculentius innoteſcat, Cryptam-Ferratam, ſeu Tuſculanum magnificis nobilium Romanorum Villis, atque ædificiis totum propemodum fuiſſe circumſeptum. Tale monumentum, ac teſtimonium præſtat Codex antiquus (1) de Vita S. Bartholomæi IV. Abbatis Cryptæ-Ferratæ, Templique Fundatoris, ex quo perſpicimus, in ſacro eo Ædificio extruendo ex circumjacentibus antiquis ædificiis materiam fuiſſe ſubminiſtratam: quam ad rem Codicis ipſius verba ſubjicimus: Τὴν νέαν Σιὼν θεομητόριον Ἐκκλησίαν οἰκοδομῶν, κίοσιν ἐπιμήκεσιν αὐτὴν, ἐπεστήριξεν ἐν τοῖς πέριξ παλαιοκτίστοις ἐφευρηκώς: Μέλλοντος ἑνὸς τῶν Κιόνων ἀφ' ὕψους καταφέρεσθαι οὐ χερσὶν, κειμνώδης γὰρ

(1) *Signat. lit. A. num. 26. Tit.* Βίος, καὶ Ἀκολουθ. τοῦ Ὁσίου Βαρθολόμ. φυλλ. *CXL. a tergo*.

γὰρ ὁ τόπος ὑπῆν. *Novam Sion Deiparæ Eccleſiam extruere aggreſſus ipſam columnis proceris, quas in circumjacentibus antiquis ædificiis invenerat, voluit inniti : quum autem una ex columnis non miniſterio manuali ab eminenti parte deducenda foret, locus quippe ſuberat præceps.* Quæ quum ita ſint, & quum ex omnibus indiciis, ac notis, quibus a Strabone Tuſculanum deſcribitur, ſatis ſuperque effectum ſit, antiquam, & noſtram de Tuſculano Ciceronis opinionem optimis & rationibus, & monumentis eſſe circumfultam; quis mirari ſatis poterit, unde Adverſario noſtro in mentem venerit, neglectis totius loci evidenti deſcriptione, illiuſque naturæ qualitatum, & ſitus circumſtantiis, in editiſſimum alium, & plane arduum, anguſtumque locum non modo Ciceronis Villam, ſed alias pleraſque tranſportare? Qua in re quoniam præter alia objecta, & commenta, quæ noſſe, & mirari operæ pretium fuit; nonnulla adhuc reſtant, quorum inveriſimilitudo ſilentio omittenda non eſt; propterea rurſus cum eo nobis ulterius diſceptandum erit, ut reliqua conficiamus, quæ ipſe vel in auctoritatibus, vel in rationibus plane cum veritate, & non modo cum aſſerto noſtro, ſed etiam cum dictis ſuis pugnantia in medium protulit.

**XXIX.** Is ſiquidem, ut Strabonis locum, quem contra ſe facere quivis alius, præter ipſum, manifeſto agnoſceret, in partium ſuarum munimentum traducat; provocat ad contextum, utque ex eo certius aliquid pro ſe efficiat, priori errori alium addit; qui error ut omnibus fiat in aperto, laudata per ipſum Strabonis verba cum ſua, quam appoſuit verſione hîc ſubjicimus (1) : Κεκόσμηται δὲ (τὸ Τοῦσκλον) ταῖς κύκλῳ φυτείαις, καὶ οἰκοδομείαις, καὶ μάλιστα ταῖς ὑποπιπτούσαις

ἐπὶ

(1) *Num. LV. pag. 55.*

ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν Ρώμην μέρος : cioè ; *Il Tuſculo è abbellito all' intorno da alberi*, *e da edifizj*, *e ſpecialmente da quelli*, *che ſtanno nel dorſo dalla parte di Roma*. Fidem tuam lector! quam bellus tibi, nedum ratiocinator, ſed interpres etiam ſermonis Græci Cl. P. Zuzzeri videtur ? Propoſitum illi in univerſa Diſſertatione ſua fuit, lectoribus perſuadere in Ruſfinellæ ſuæ ſitu Ciceronis Villam extitiſſe ; idque ut oſtenderet, poſtquam in ſententiis Auctorum, quos citat, exponendis aberravit, in ipſis deinde verbis, & re grammatica labitur. Et ſane poteratne is voce ὑποπιπτούσαις magis abuti, quam revera abuſus eſt, vertendo οἰκοδομίαις ὑποπιπτούσαις, *edifizj*, *che ſtanno nel dorſo* ? Ego autem ad hoc non Græcorum Scriptorum, aut Lexico-graphorum auctoritatem opponam in re tam parvi momenti, quum ſatis notum vel iis, qui leviter imbuti in Græcis rudimentis ſunt, præpoſitionem ὑπὸ verbis præpoſitam relationem dicere rei inferioris ad ſuperiorem. Ex quo notionem, quæ occurrit in verbo ὑποπίπτειν, tam male ab aſſerto ſuo ſtare manifeſtum eſt, quod ſcilicet ædificia, de quibus quæſtio eſt, deſuper & in dorſo exiſtant, ut potius talis verbi notio omnino declaret ædificia ipſa in loco, dorſi illius reſpectu, decliviori, eidemque ſubjecto eſſe collocata. Quod & rem noſtram apprime confirmat, & illi etiam difficultati explanandæ conducit, cui tamquam maximi momenti nobis oppoſitæ de illo Commentatoris Horatiani dicto *ad latera ſuperiora*, abunde ſatisfecimus (1).

XXX. Et quoniam de ædificiis præcipua hic nobis mentio eſt, a verborum interpretatione ad res redeundo judex ſit mecum Lector, dum illi obſervandum propono quomodo Cl. P. Zuzzeri memorata ædificia, alias univerſa in ſummo Tuſcu-

(1) *Super. num. XVII.*

Tuſculi dorſo ſita velit, alias vero cæteris omnibus Villis remotis, binis omnino Villis locum dumtaxat relinquat. Si enim illius diſſertatio continuo, & ordine percurratur, modo eum uno in loco (1) ita deprehendimus affirmantem: *Sappiamo da Strabone, che la maggior parte di queſte Ville ſtavano ſul dorſo del Monte Tuſculano dalla parte di Roma*; modo vero altero in loco eumdem ſibi contradicentem (2) reperimus. *Oſſervo, che nella parte, o lato ſuperiore di queſto Monte non poſſono facilmente collocarſi altre Ville, che la da me creduta di Gabinio, e queſta di cui parliamo. La prima era di grandiſſima eſtenſione . . . . e occupa tutto quaſi quel tratto, che è fino al Suburbio dell' antico Tuſculo. Dalla parte poi della noſtra Villa verſo Roma, per un gran tratto il Monte è molto ripido, nè pare a propoſito per altre fabbriche molto grandi. Lo ſteſſo, e molto più ſi dica dalle parti a Mezzodì, e a Tramontana*. Neque hîc tantummodo in differendi ratione, quam adhibet, Adverſarius ingerit contradictionem, verum etiam ad Aquam Crâbram quod ſpectat, de qua pluribus ſuperius eſt dictum; nequaquam in iis conſtans reperitur, quæ ſemel affirmavit. Poſtquam, enim ad refellendum conſtantem opinionem & ſtabilem de vero Ciceronis Tuſculani ſitu, Aquæ Crabræ obſtaculum, quod maximum illi erat, inanibus fundamentis, & conjecturis quaqua potuit convellere, licet fruſtra, conatus eſt; in alium errorem impegit. Aquæ enim Crabræ originem, quam ſibi vel non plane perſpectam, vel in ſitu Tuſculi dorſo inferiore ponendam prius eſſe non erat inficiatus (3), quod id minime aſſerto ſuo officeret, eam ori-

f gine

(1) *Num. LV. pag.* 54.
(2) *Num. X. pag.* 12.
(3) *Num. XLIX. pag.* 48.

gine rurſus, probabilibus ſecundum ſe argumentis, multo eminentiorem fuiſſe affirmare nequaquam veretur, idque ratione argumentandi, cujus tum in forma, tum in materia, uti mox oſtendemus, manifeſtum peccatum eſt. Is ſiquidem poſtea ad probandum, eas Villas, quæ in ſupremo Tuſculi dorſo fuerint, Crabra Aqua fuiſſe irrigatas, hujuſmodi formare videtur Syllogiſmum: qui tamen, quum male conformatus, & ab auctoritate, & ſenſu ſcriptorum, quos laudat, omnino diverſus ſit, omnimode falſitatis evincitur (1). Ait enim ipſe: Ex Frontino nobis conſtat, quod omnes Villæ Tuſculani de Aqua Crabra participabant (2). Sed ex Strabone nobis traditur quod major Tuſculanarum Villarum pars ſita eſſet in ſummo Monte (3). Igitur Aquæ Crabræ origo ſupra Tuſculi dorſum eſt repetenda.

XXXI. Falſam eſſe hujuſmodi argumentationem ſingulas præmiſſas expendendo, eruimus ſequenti ratione. Talis enim ſyllogiſmus, qui ita prolatus bene habere videtur, peccat primo, quod major propoſitio quantitate falſa eſt, quia id quod particulari dicto verum eſt, pro univerſo accipit. Minor vero omnino inficianda, quod Strabonis verbis pugnat. Concluſio igitur, quod Aqua Crabra ſupra dorſum Tuſculi originem haberet, tota corruit. Quum enim a Frontino de Aqua Crabra dicatur, quod omnes Villæ tractus ejus diſpenſatam accipiunt, idem eſt ac dicat, quod peculiares Villæ tractus ejus, (ſcilicet regionis, in qua excurrit Crabra) diſpenſatam accipiunt, & en major quantum quantitate peccat A Strabone autem vere, & non perperam, ut Adverſarius abu-

(1) *Num. LV. pag. 54.*
(2) *Num. LV. pag. 54.*
(3) *Ibidem.*

Digitized by Google

abutitur, intellecto quum aſſeratur, quod major Villarum pars Tuſculano dorſo eſset ſubjecta, non ſuperpoſita, quod a nobis ſuperius demonſtratum eſt, minoris propoſitionis ea patens falſitas; ac proinde talis ratiocinatio merum Sophiſma eſt, quod a Cl. Viro quaque methodo exhibitum ſit, revera tamen ſenſum habet hujuſmodi. Aliquæ Villæ tractus Tuſculani accipiunt Aquam Crabram. Omnes fere Villæ ſubjectæ non ſuprapoſitæ ſunt Monti Tuſculano. Ergo Aqua Crabra originem ducit a ſummo Monte Tuſculano.

XXXII. Quam tandem ad rem efficacius convellendam, videndumque quantum Adverſarius noſter Scriptorum auctoritate, & Strabonis potiſſimum contra ſe aperte faciente abutatur, verba ipſa tum Interpretis noſtri, tum Strabonis hoc loco ſunt repetenda (1), ubi Cl. P. Zuzzeri probare nititur Crypto-Ferratonſem Agrum extra Tuſculanum agrum eſse reponendum. *Quanto ſi ſtendeſſe il Territorio, o ſia l'Agro Tuſculano non lo ſappiamo preciſamente .... ma che poi vi ſi ſtendeſſe verſo Mezzodì dalla parte del Monte Albano, e di Grotta-Ferrata non ſolamente non può provarſi, ma inoltre ſe crediamo agli Autori antichi la Valle contigua al Monte Tuſculano, nella quale ſta Grotta Ferrata, appartenea al Territorio Albano*. Ibi vero ut conficiat a meridie, ſeu Albanum verſus, nihil fuiſse extra Montem, quod ad Tuſculanum pertineret, in idem erratum impingit, alienum prorſus ab Auctoris verbis ſenſum, ſuarum partium ſtudio, affingendo. An *qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt*? En ſomnia Cl. P. Zuzzeri manifeſtiſſima de male intellectis verbis Strabonis, nihil diſſimilia ab iis, quæ ſuperius de alia Græca interpretatione ſunt adnotata. Ita Strabo ait. Συνεχῆ δ' ἐςὶ καὶ τὰ τοῦ Αλ-



(1) *Num. LVII. pag. 57.*

βανῷ ὄρη ὑποπίπτοντα τὴν αὐτήν τε ἀρετὴν ἔχοντα, καὶ κατασκευήν, ita vertit noſter Adverſarius (1): *Ad eſſo colle ſono immediatamente congiunti i luoghi ſogetti al Monte Albano, i quali anno gl' iſteſſi pregi, e ornamenti*. Quis autem in hujuſmodi interpretatione non hallucinationem apertam, non contradictionem, & meræ vocis ſignificatus detorſionem ad integri contextus manifeſtum ſenſum depravandum, animadvertat? Et quantum ad hallucinationem, ea quidem manifeſto deprehenditur in additamento illo ab Adverſario facto: *Ad eſſo colle ſono immediatamente congionti*. Ut enim is perſuaderet, meridiem verſus Colle Tuſculanum terminari; ante interpretationem vocis Συνεχῆ addidit verba illa: *ad eſſo Colle*, tamquam per vocem ipſam συνεχῆ non agri quidem Tuſculani continuatio, ſeu tractus innueretur, quem Strabo deſcribendum ſibi præfigit, & quem totum ipſe Adverſarius ſupra recitavit, ſed ibi Tuſculano limes poneretur, ac propterea non de Tuſculano agro, ſed de Tuſculi Monte mentio fieret, in quo quidem res ad paralogiſmum recidit, quemadmodum ſupra in alia argumentatione ab eodem factum fuit.

XXXIII. Quod vero ad contradictionem hoc ſatis aperte evincitur ex verbis, quæ ſtatim ab Adverſario ſubjiciuntur, in quibus ſibi ipſi non conſtat, quodque prius poſuerat, per ſe ipſe ſtatim evertit. Poſuerat enim (1): *Che quella parola* Τοῦσκλον *ſignifica* Tuſculanum, *lo ha già avvertito il Fabretti, ed è certo, giacchè la deſcrizione che ſiegue, non può eſſere della Città del Tuſculo*. Uſque adhuc bene. Vide autem ex hoc quid, & quam appoſite deducat. *Addunque Strabone rac-*

(1) *Num. LVII. pag. 57.*
(2) *Ibidem*.

*racchiude il Tuſculano nel ſolo Monte*, *nè gli dà altra eſtenſione verſo il Mezzodì*, *poichè afferma*, *che al Tuſculano*, *che per lui è il Monte del Tuſculo*, (en iterum aliud ex alio ſomnium, & in contrarium torta verba Auctoris, atque ſententia, ) *ſono immediatamente congiunti i luoghi ſogetti al Monte Albano*. Animadverte, amabo Lector, jurene, an injuria, nos Cl. Virum P. Zuzzeri imprudentiæ inſimulemus. Animadverte, inquam, atque perpende verba hæc: *luoghi ſoggetti al Monte Albano*. In memoriam redige quomodo Adverſarius in Strabone ſuperius interpretando, voce ὑποπίπτω prius abuſus ſit (1), vide quomodo nunc plane contrarium, licet verum eidem ſenſum attribuat.

XXXIV. Verum ut detur in præſens, conſiſtere ea poſse, quæ ipſe in ſua Topographia ad libitum ponit, quæ corruent mox, iis excuſſis & repetitis, quæ ſuperius ab ipſo de Tuſculani Montis anguſtia ſtatuta erant; in ipſo Strabonis textu paulo diutius inſiſtentes, non ab re erit Lectori obſervandum præbere, quam aperte Adverſarius omnibus fucum facere in re nemini ex ipſis verbis non manifeſta videatur. Perpendamus, amabo, verba illa: Συνεχὴ δ' ἐςὶ καὶ τὰ τῷ Αλβανῷ ὄρει ὑποπίπτοντα, τὴν αὐτήντε ἀρετὴν ἔχοντα, καὶ κατασκευήν. Perpendamus totam ex verborum conſequutione Scriptoris Geographi mentem, perpendamus alia verba: Τὸ γὰρ Τοῦσκλον ἐντάυθα ἐςί: Nonne luce clarius exiſtit, ſententiam Auctoris totam, deſcriptionemque eo tendere, ut univerſum illum tractum comprehendat, legentique ante oculos ponat, quem Tuſculani ſui ambitu contineri apertiſſime innuit? Hoc ſane niſi ex voce Συνεχὴ, quæ ex verbo Συνέχω, quod *comprehendo* ſonat, & *contineo*, clariſſimum fieret; ea certe,

quæ

(1) *Num. LV. pag. 55.*

quæ ſequuntur, prorſus jugulant Adverſarium, *καὶ τὰ τῷ Αλβανῷ ὄρει ὑποπίπτοντα*; quippe quum particulæ tales *καὶ*, & *τὰ*, non limitem loci, ſed tractus continuationem, tum vi propria, tum textus ipſius conſequutione evidentiſſime importent. Qua re germanus textus hujuſmodi Græci ſenſus eſt: *Tuſculanus hic eſt Collis terra fertilis, & irriguus, placido ſe attollens vertice multis in locis, regia, pulcherrimaque capiens ædificia. Continentia vero ſunt illi, quæ Albano Monti ſubjiciuntur, eadem prædita virtute, & ornamentis*. Continentia, inquam, quod idem eſt, ac continua, ſive cum tractu illo continuata, quod ut paullo ante confirmaturos ſpopondimus, non ex textu modo Stabonis luce clarius affulget, ſed ratione ipſa, & evidentia, aliiſque Adverſarii ipſius aſſertis ratum efficitur. Qui tamen ut propoſito ſuo velificaretur, & Ruffinellæ ſitum antiquæ Ciceronianæ Villæ ſitum eſſe perſuaderet, Tuſculanum in tantas anguſtias coarctavit, ut nonniſi duarum Villarum capax eſſe conſtanter aſſeveraverit.

XXXV. Quonam Cl. P. Zuzzeri ſe vertet, quænam ſpatia, niſi imaginaria, deſignabit, (poſitis maxime iis, quæ de prærupti Montis arduo, & inacceſſo ſitu ab ipſo jam ſtatuta ſunt) ad antiqui Tuſculani tractum locandum, mentemque Strabonis, ut par eſt, tuendam, ubi ipſe ſpatium Albano Monti ſubjectum, & Crypto-Ferratenſem agrum excluſerit? Ne dicam hoc loco quomodo factis etiam, & veridicæ Hiſtoriæ monumentis ſeſe opponet, addita etiam traditione, ex quibus apud doctos viros pro certo, & conſtanti habetur, Crypto-Ferratenſis agri tractum Tuſculanum tractum eſſe, & Tuſculani appellatione ſemper inſignitum fuiſſe? Quomodo Calmetii claram & apertam hac ſuper re ſententiam infirmis ſuis con-

conjecturis audebit infirmare ? qui (1) de S. Nili adventu, & Monaſterii Crypto-ferratenſis fundatione loquens, ita aperte pronuntiat. *Gregorio Conte di Tuſculo avendo inteſo l'arrivo del Santo, venne a proſtrarſi alli di lui piedi, e gli diſſe : Servo di Dio io non ſon degno, che voi entriate ſotto il tetto di un peccatore, quale ſono io : tuttavolta perchè ad eſempio del voſtro Signore mi avete preferito alli giuſti, per peccatore che io ſia, eccovi la mia caſa, la mia Città, e tutto il ſuo Territorio, diſponetene come meglio vi piacerà . . . . . S. Nilo gli domandò un luogo atto per orare in ripoſo, e Gregorio volentieri glielo accordò. Queſto era un picciolo rimaſuglio della Caſa di Campagna di Cicerone, nomata la Grotta Ferrata*. Qua ratione prӕterea iis quӕ memoriӕ & Mſs. Bibliothecӕ Crypto-Ferratenſis conſignata, diligenter uſque adhuc adſervantur, refragabitur ? in quibus de D. Nilo, quum primum divino quodam afflatu ad ea loca, & ad Gregorium Comitem Tuſculanum acceſſit, talia ipſius Comitis verba ſunt deſcripta ſunt : *Ecce domus mea, totumque cum ſuo Agro oppidum ante te eſt ; quidquid de iis libuerit, jubeto : Cui S. Pater reſpondit . . . particulam in ditione tua nobis concede . . . . Gregorius autem magna alacritate implebat, quod juſſum erat &c.* ex quibus clare aperteque colligitur locum illum, ideſt Cryptam-Ferratam, qua S. Nilus a Comite Tuſculano donatus fuit, pro Monaſterio ӕdificando, in agro Tuſculano extitiſſe. Quare Humphridus Hodius (2) de Cardinali Beſſarione verba faciens, recte, inquit : A Pio II. anno 1463. prӕfectus eſt Monaſterio Cryptӕ-Ferratӕ in Villa Ciceronis Tuſculani ſito, ubi more Grӕcanico Sacra peragebantur,

(1) *Storia Univerſ. lib. XCVI. §. LXXI.*

(2) *De Græcis Illuſtribus, Londini 1742. pag. 143.*

Digitized by Google

tur, quod novis & pulcherrimis ædificiis inſtaurabat. Veriſſime etiam Bernardus Sacchi ediſſeruit, dum ita ſcripſit (1): *Ab uno Tuſculano (agro) tantum naturæ experimenta petam, ubi Fraſcata olim Vicus, nunc Oppidum, & elegans Crypta-Ferrata jacent, in quo Monaſterio Græco ſermone & ritu divina celebrantur*. Quam ad rem appoſite pariter Tuſculanarum rerum conſultiſſimus P. Eſchinardus Soc. Jeſu in hunc modum ſe expreſſit (2): *Il Territorio de' Tuſculani ne' tempi antichiſſimi ſi vuole foſſe di maggior eſtenſione, e che ſi ſtendeſſe dalla parte de' Volſci al Mare, e ciò per ſentenza di Strabone: e che aveſſe per altro termine i Monti, che ora ſi chiamano la Fajola; e che dalla parte di Tramontana terminaſſe col Territorio di Tivoli, di Paleſtrina, Gabj, e Pedani: ma di poi le coſe ſi mutarono.*

XXXVI. Et quoniam de auctoritatibus hoc loco ſermo eſt, & Adverſarius etiam iis innixus, Cryptoferratenſem agrum a Tuſculano excludere non uno loco aggreſſus eſt; operæ pretium fuerit hic animadvertere, quam graviter in hoc offendat, & perperam argumentetur. Quam ad rem quia nimis clare pronunciat, & Livii graviſſimi Hiſtorici laudando verba, ſerio triumphare confidit; Cl. P. Zuzzeri ipſius verba, laudatumque ab eodem Livii textum ſubjicimus, ut appareat, rectam non eſſe ejus argumentationem. Ait enim is (3): *Ma che poi vi ſi ſtendeſſe (l' Agro Tuſculano) verſo mezzodì dalla parte del Monte Albano, e di Grotta-Ferrata, non ſolamente non può provarſi, ma in oltre ſe crediamo agli Autori antichi, la Valle contigua al Monte Tuſculano, nella quale*

(1) *Cap. VII. num. 5.* (2) *Deſcrizione di Roma, e dell' Agro Romano pag. 278. ſtampato in Roma nel 1750.*

(3) *Num. LVII. pag. 57.*

Digitized by Google

*quale ſtà Grotta-Ferrata* ; *appartenea al Territorio Albano* ; Eaque intonat Livii verba (1) : *Obvii ſiunt deſcendentibus ab Tuſculano in Vallem Albanam*. Quid autem inde conficit Adverſarius ? Igitur extra Tuſculi montem nonniſi Albana Vallis occurrit, ac propterea quidquid in ea ſitum eſt, extra Tuſculanum eſt. Recte quidem ſcilicet ! At quomodo id conficit ? quomodo deducit ? eo modo, quo eum aliis in locis facere conſueviſſe demonſtravimus ; nimirum ſuas ad arbitrium ideas vocibus affingendo. Ita pariter ſe habet hoc loco. Tuſculanum illi non ager Tuſculanus eſt, ſed Mons ille Tuſculi, qui ipſi ſemper menti obverſatur, ac propterea ſibi recte deduxiſſe videtur. At nihil ex Livio contra aſſertum noſtrum confici, immo rem potius a nobis ſtare illico apertum ſit, ſi illud *ab Tuſculano in Vallem Albanam deſcendentibus*, de copiis intelligatur, quæ non ab Tuſculi monte, quemadmodum ſibi fingit Adverſarius, deſcendant ; ſed de exercitu, qui ab Tuſculano Agro in Albanum tranſiret. Qualis revera & Livii ſenſus habendus eſt ( iis potiſſimum inhærendo, quæ de Tuſculano ab Strabone aſſeruntur, ) & qualem jure nobis licet aſſeverare, quoaduſque a Cl, P. Zuzzeri probetur, nihil aliud per Tuſculanum intelligi debere, niſi arduum illum montis ambitum, de quo tamdiu lis nobis cum eodem eſt : adeout plane perſpicuum ſit, argumentationem illius nihil omnino probare, & puram putam eſſe *petitionem principii* : quibus addendum tam parum eumdem Zuzzeri, dum ſtudio obſequatur ſuo, de ſartis tectis ſervandis Tuſculani Agri limitibus eſſe ſollicitum, ut nullum plane, præter montem, Tuſculani Agri tractum agnoſcere videatur. Atqui, ex toties



(1) *Num. III. pag. 7.*

Digitized by Google

repetito Strabone ſuccurrere illi debebat, Tuſculanum Agrum meridiem potiſſimum, atque Albam verſus ſatis late fuiſſe porrectum. Succurrere illi debebat alter Livii locus (1), ubi de Æquis, qui in Algido caſtra locaverant, ait, eos ad Tuſculanum Agrum depopulandum excurriſſe: ita habent verba Livii: *Æqui alia ex parte Caſtra in Algido locant: depopulatum inde excurſionibus Agrum Tuſculanum*. Quod certe quum Algidus in edito ſitu, ac monte poſitus ſit, & a Boreali parte editiora loca habeat oppoſita, minime conſentaneum eſt credere, Æquos ad excurſiones faciendas, vel in eam partem ſe contuliſſe, vel ad magis ardua Tuſculi divertiſſe; ſed in eum maxime tractum ad impetum faciendum deſcendiſſe, qui Tuſculani Agri tractus, & quidem maxime fertilis exiſtebat: quod tam rationi, & veritati conſonum eſt, ut ſi aliter fiat, & ſententiæ P. Zuzzeri ſi acquieſcamus; nullum fuiſſe Tuſculi territorium dicendum ſit. Succurrere illi poſtremo æquum erat, hoc ſe alio loco ſtatuiſſe ad eludendam argumentationem de Aqua Crabra, contingere potuiſſe, ut tali Aqua alius Ciceronianus fundus irriguus fieret, qui non in ſummo monte, intra quem tantum concluſam Ciceronianam Villam; immo Tuſculanum Agrum contendit, ſed in decliviori, ac planiori infra memoratum montem tractu, & quidem meridiem verſus, ſitus foret, qui ex illius etiam ſententia Tuſculanus & eſſet, & appellaretur. Per quam ſuam priorem rationem, & ſententiam poſterior hæc, etiamſi aliquid veriſimilitudinis haberet, ab eodem ipſo oppugnata corrueret. Verba ipſius pluribus locis, quæ pro priori opinione ſunt, hîc appoſita apertam Adverſarii noſtri contradictionem mani-

(1) *Lib. III.*

Digitized by Google

manifeſtant. Ait enim (1): *Raccomanda Cicerone nella citata lettera a Piſone di pigliare a fitto nel Territorio Tuſculano cert' orto, il quale, per quanto egli dice, ſtava in un fondo niente eſpoſto al Sole.... dal che pare poterſi dedurre, che doveſſe la Crabra ſervire per queſt' orto, il quale ſtando nel baſſo potea commodamente averne.* Et alibi (2): *Poſto ciò.... non è improbabile, che egli preſcindendo anche dall' orto ſudetto, oltre alla Villa aveſſe nel Tuſculano un fondo, e poſſeſſione diſtinta, alla quale poteſſe giugnere l'Acqua Crabra.* Denique alia pariter vice, ubi apertius latiorem adhuc Tuſculani circuitum recipit, & agnoſcit (3): *Non era coſa nuova, che nel medeſimo Territorio i Romani aveſſero e Villa, e poderi da eſſa diſtinti. E per non dipartirci da Cicerone.... che meraviglia ſarebbe adunque, che Cicerone, oltre alla Villa, aveſſe nel Territorio Tuſculano altre Tenute, e poſſeſſioni? Ma ſenza cercare altro; Plutarco nella Vita di Cicerone fa eſpreſſamente menzione di più ſuoi poderi nel Tuſculano.* Quamobrem evidens eſt, & Tuſculani Agri ſatis patentem tractum fuiſſe, atque ambitu ſuo fertilem illam, & amœnam partem comprehendiſſe, quæ nunc Cryptæ-Ferratæ nomine nuncupatur, talemque conſtantem opinionem continuato tempore ad Patrum, & noſtram memoriam firmiter permanſiſſe ex Sententia etiam doctiſſimorum, & graviſſimorum Virorum: quos inter propterea doctiſſimus Cardinalis Sirletus memoriam laudati Patris S. Nili in Romano Martyrologio die vigeſimaſexta Septembris ita exprimendam curavit: *In Agro Tuſculano*

g 2 B. Ni-

(1) *Num. XLIX. pag.* 48.
(2) *Num. L. pag.* 49.
(3) *Num. LI. pag.* 50.

Digitized by Google

*B. Nili Abbatis*, *Fundatoris Monaſterii Cryptæ-Ferratæ*, *magnæ ſanctitatis Viri*; cui & illud conforme eſt, quod etiam ad XI. Novembris habetur: *In Monaſterio Cryptæ-Ferratæ in Agro Tuſculano S. Bartholomæi Abbatis*, *Socii B. Nili*, *cujus vitam ipſe conſcripſit*. Cui poſtremo conſtanti opinioni, atque traditioni pondus graviſſimum ex eo accedit, quod regnans Pontifex Maximus Benedictus XIV. omnigena ſcientia, & eruditionis laude præclariſſimus pro eadem ſententia apertiſſime ſtat, eamque receptiorem diſertis verbis eſſe teſtatur, dum in Conſtitutione ſua, quæ incipit -- *Inter multa* -- quæque 24. Aprilis MDCCXLVII. edita eſt, ita habet, etiamſi Adverſarii noſtri Cl. P. Zuzzeri ſcripta anno ſuperiori MDCCXLVI. in publicam lucem prodiiſſent: *Et ſane dubitari nequit*, *quin Territorium Cryptæ-Ferratæ ſitum ſit inter fines Diæceſis Tuſculanæ: nam præterquamquod in eo loco*, *ubi nunc Monaſterium ipſum cum adnexis ædificiis exiſtit*, ex magis recepta antiquariorum ſententia *Ciceronis olim Villa fuit*, *in qua ſcilicet ille Philoſophicas Quæſtiones conſcripſit*, *quas* de loci nomine *Tuſculanas appellavit*. Quibus verbis nobiſcum hac etiam in re apertiſſime facere Pontifex videtur.

XXXVII. Sed jam ut nullam intactam relinquamus ex iis oppoſitionibus, quas Adverſarius, ut firmiſſimam, & maxime antiquam de Ciceronis apud Cryptam-Ferratam Tuſculano opinionem everteret, in medium adduxit; ad illud leve plane, & contemnendum accedimus, quod Scriptor ille (1) de noxia aëris in Cryptæ-Ferratæ Territorio qualitate libere ſatis, nimiſque audacter affirmat. Inquit enim Cryptam-Ferratam

tam

(1) *Num. IX. pag.* 12.

Digitized by Google

tam in imo ſitam eſſe loco, noxio perfundi cælo, variiſque in locis montibus eſſe obductam. Id autem quam falſum ſit, & teſtimonio diligentiſſimi Viri, & rationis præſidio, experimentiſque oſtendemus. Igitur Bernardus Sacchi (1) rerum antiquarum acer inveſtigator hæc memoriæ prodidit: *Crypta-Ferrata in eminenti planitie poſita Orientem ſpectat: Burgetum ſitum eſt in clivo, ad Occidentem verſo prope planitiem Agri Romani. Inter Burgetum, & Cryptam-Ferratam antiqua Sylva per Stadii latitudinem clivum occupat: ab ipſa Sylva Burgetum verſus, ideſt ab occaſu aer, & aqua eſt inſuavis, cujus rei cauſa Oppidum deſtituere omnes inquilini aſſiduo morbo perciti jamdiù coacti fuerunt. E contrario autem a Sylva ipſa Cryptam-Ferratam verſus, hoc eſt ab Oriente, & a montis regione aer ibi amœnus, innocuuſque die, ac noctu patet. Aqua etiam a fonte in medio pratorum ſaluberrima manat. Rationem hujus diverſitatis admiratus Paulus III. Pontifex Maximus in rem præſentem profectus nullo modo reperit; quam ego quoque inquiro. Burgetum ſulphureum fœtorem haurit ab infami, & pernicioſa fovea exhalantem, quæ Sulphurata dicitur* (2), *& in planitie Agri Romani ſita parum ab ea diſtat: qui quidem fœtor ſpirante occidentali vento directo flatu in Burgeti oram infertur; ſed minime ipſe fœtor Sylvæ locum, clivumque tranſcendit; quod experimento unicuique patet: nam ſi ab hac Sylva egreſſus in prata Cryptæ-Ferratæ Monaſterio propinqua gradum feceris, Orientalis plerumque aura a monte perflans obvia tibi erit, ac recreabit euntem: quæ quidem aura, tum quod orientalis eſt, tum etiam quod ab innocuo mon-*

(1) *Lib. I. cap. 7. de Italic. rer. variet. & elegant.*

(2) *Noſtra ætate infamis, & pernicioſæ foveæ nihil apparet.*

*monte prodit*, *ubi Rocca Papia inſidet*, *ſana eſt*. *Si qua igitur fœtoris pars*, *malitiaque in Sylvam a Sulphurata irreperet*, *aut ſi qua æſtivi caloris moleſtia a Romana planitie ſurſurſum evaderet: illa ipſa Orientalis aura ab alto*, *validiuſque prodiens*, *omnem aeris impuritatem facillime deorſum pelleret*, *ac in Burgeti ſitum longe inferiorem*, *juvante deſcenſu*, *omnino detruderet*, *malumque malo in ipſius infelicis oppidi perditionem adderet*. *Crypta-Ferrata ab aeris impuritate ſemper illæſa*. Et ſane Roma tibi Cryptam-Ferratam contendenti, ubi ad nonum fere ab Urbe lapidem perveneris, ſenſim via ſe offert molliter acclivis, tantumque itineris in adſcenſu patet, donec ad eminentem planitiem ſit perventum, in qua eadem eſt ſita; ubi puro, & ſalubri aëre hujuſmodi locum apprime gaudere, ex eo potiſſimum, quod optimum talis rei argumentum habetur deprehendes, quod ibi ædificiorum tecta nuſquam herbis obducta occurrant, ut aliis in locis in ſitu noxio, & ſub gravi cœlo poſitis ſatis manifeſto conſpicitur.

XXXVIII. Ut futile porro memoratum de infauſta aëris qualitate objectum eſt; ſic etiam levia, & contemnenda alia illa P. Zuzzeri opinata ſunt, tum quæ de more virorum Principum in editis, & eminentibus locis ædificandi (1), tum quæ de vulgari denominatione (2) in Ruffinella ſua, vel contermino loco *Scholæ Ciceronis* ſuperſtite pro adjumento aſſertionis ſuæ venditat incautis. Et quoad primum, mihi certe videtur plane ridiculum, & riſus, qui mihi oboritur, verba ipſa Senecæ, quæ laudat (3), materiam præbent. *Videbatur*

*hoc*

(1) *Num. IX. pag.* 11.

(2) *Num. XII. pag.* 14. & 15.

(3) *Epiſt. LI.*

Digitized by Google

*hoc magis militare ex edito ſpeculari longe lateque ſubjecta.* Primo enim quæro ab Adverſario, unde didicerit conjecturas afferendo, eas ex auctoritatibus transferre, ac deducere, quæ & ipſæ meræ conjecturæ ſint; qualem Senecæ locus ſe præhibet. *Videbatur hoc magis militare* .... deinde definiat mihi velim, quid de hujuſmodi locorum eminentia ſtatuendum ſit: explicet mihi alià illa Senecæ verba, quæ mox ſubdit: *aſpice quam poſitionem elegerunt*: poſtremo in hac cupiditate editiſſima quæque loca eligendi, approbet etiam potuiſſe unicuique eſſe facultatem, vel copiam, ut in arduis montium Villas ſuas, & ædificia collocarent; conficiat præterea ex eo, quod ut plurimum fit, id ſemper, & in univerſum fieri dicendum eſſe: nobis vero non deerit, quod nullo negotio reponere poſſimus; videlicet, quod, etiamſi dare velimus, talem fuiſſe veterum ducum ambitionem, & cupiditatem, ut editiſſima quæque loca eligerent; id primo non omnibus fuiſſet permiſſum; deinde quod ipſa loci eminentia humiliorum ſemper locorum reſpectu ſit metienda: ac tandem ex ea ipſa cupiditate, quæ omnibus inerat, ut in editioribus quibuſque locis ſua extruerent, ab omnis conjecturæ offenſione immunè evadit Tuſculanum noſtrum, quia quamquam & a Sylla prius fuiſſet poſſeſſum, & ab eodem, quod non certè conſtat, fuiſſet ædificatum, adhuc in tanta ædificantium copia edita illa loca dicenda eſſent, quæ proxima editioribus ſunt, cujuſmodi Cryptæ-Ferratæ ager, & tractus eſt, qui ſi non in montis vertice eſt poſitus, ad latera tamen Montis eſt ſitus, & in ſatis eminenti ſede jacet, ut ex edito ſpeculari longe, & late ſubjecta poſſit: denique illud omittam, ex toto Senecæ contextu evinci, huic auctori non de altitudine

ſolum

Digitized by Google

ſolum propoſitum dicendi eſſe, ſed de amplitudine etiam Villarum, & qualitate; ad quæ fortaſſe Cl. P. Zuzzeri, ut aliis locis eumdem facere obſervavimus, nequaquam animadvertit. *Quibus ædificia excitaverunt locis*, *& qualia*: ſcias non Villas eſſe, ſed caſtra. Et en Adverſarii noſtri conjecturis quot contrariæ conjecturæ pugnantes ſe offerunt. Quibus ſi fidere parum fortaſſe nos oporteret, qui tot aliis rationibus, & fundamentis meliorem cauſam habemus, multo minus illi fidendum conjecturis eſt, qui nullo, ut nos pro Tuſculano noſtro, neque valido argumento pro Ruffinella ſua innixus eſt.

XXXIX. Jam vero ad vulgarem *Scholæ Ciceronis* denominationem veniendo; hoc certe quod & Adverſario, & aliis maximi momenti videri poſſit, id nobis tantæ levitatis eſt, ut ne reſponſo quidem dignum exiſtimaremus. Verum ut oppoſitionis infirmitas, & levitas manifeſto deprehendatur; primo lectorem animadvertere, & ſecum reputare velim, quot & quantam ad denominationes, quod attinet, vocabula non in locis modo, ſed in urbibus, in Gentibus, in familiis occurrant; ex quibus, ſi ex vocabuli ipſius vi dumtaxat, vel de antiquitate, vel de præſtantia, vel de nobilitate, vel de identitate, ut ita dicam, loci, Urbis, Nationis, Familiæ ſtatuere velimus, non ſolum non ſemper acu rem tetigerimus, ſed vocibus potius, quam rebus ſæpiſſime hærere arguamur. Quis enim ignorat, quot cognomines Urbes, quot Gentes, quot Familiæ, quæ tamen inter ſe diverſæ? Quis enim ignorat, oblivione ac vetuſtate, ut plurimum factum eſſe, ut antiquæ alicujus, ac celeberrimæ Urbis ſitus dum ignoratur, illius ipſius Urbis antiqua appellatio, inſcitia hominum, ad Urbem recentiorem diſſito loco conditam translata ſit? quemadmo-

admodum ipſe Adverſarius in Ruffinellæ ſuæ denominatione eveniſſe ſuſpicatur, cujus nomen *Scholæ Ciceronis* propter loci inſolentiam, atque hominum oblivionem, ad quædam rudera parum a memorata Villa diſſita attributa ſit. Ex quo ſi conjecturis, Adverſarii noſtri exemplo, indulgere vellemus, poſſemus quidem, quod de veterum & recentiorum Urbium nominibus, idem & de Schola Ciceronis affirmare. Verum vim addere velle videremur objectioni Adverſarii Cl. P. Zuzzeri, quæ, ut diximus, nullius momenti eſt, neque hujuſmodi appellatio quemquam movere debet, qui perpenderit, quantum vulgaribus iſtis denominationibus dandum ſit. Primo quia ſatis ſuperque notum eſt, talia vocabula, ſive prædiis, ſive poſſeſſionibus a ruſticis ſic reperta, & conficta occurrere; ut nemo ſanus ex vocabuli ipſius vi pro certo aliquid, de eruditis potiſſimum antiquitatibus deducere audeat; quippe quum in imponendis nominibus ſæpiſſime vulgus multa pro ingenio ſuo confingat, & non ſemper certa ac firma ratione hac in re ducatur. Quibus omnibus ſi addideris, quantum ad Tuſculanum Ciceronis in Crypta-Ferrata attinet, non hîc agi de traditione, quæ penes vulgarem gentem, ſed de traditione, quæ penes eruditos, & rem litterariis antiquitatibus & monumentis cenſentes extiterit; vulgaris appellationis *Scholæ Ciceronis* difficultas omnino evaneſcit.

XL. Pari ratione omnia alia objecta evaneſcunt, tum quæ contra Trapezophorum dicuntur, quod Ciceronis Villæ aptum documentum eſſe non poſſit, allatis ab Adverſario conjecturis ex Ciceronis ipſius ad Gallum epiſtola (1), aliiſque animadverſionibus, quæ contra nos facere poſſint; quoniam



(1) *Famil. lib. VII. epiſt. 23.*

quum de ſententia etiam Adverſarii, hujuſmodi Trapezophora cuique hominis divitis communia eſſe poſſent, ut id noſtræ opinioni nihil ſuffragatur, ſic certe nihil ex eo contra nos poterit deduci. Ac præterea, quum tot validiſſimæ rationes ad loci, & ſitus naturam, & poſitum, limitumque certam & aptam dimenſionem, & aquæ curſum, & copiam ſpectantes, quemadmodum affatim ſuperius demonſtratum eſt, nobis militent, & e contrario oppoſitam ſententiam plane falſitatis evincant; exigui pretii monumentum pro utraque parte ratio hujuſmodi habenda eſt. Quod idem non modo de Hermathena reſponſum ſit, ſed de Porticu etiam, atque Atriolo, quibus in poſtremis quum Adverſarius tantum pro Ruffinella ſua fidere videatur, allatis etiam ex Ciceronis epiſtolis locis (1); non video quid ex iis vel pro eo, vel contra nos confici poſſit: hæc enim eodem modo, quo de aliis monumentis eſt dictum, & ædificiis omnibus erant communia, & Adverſario probandum reſtaret, tales porticus primum nonniſi in Ciceronis Villa fuiſſe, ac deinde ea, quæ a ſe eruta jactat, revera talis formæ ſtructuram exhibere, ut iis, quæ de Ciceronis Villa nominantur, omnino reſpondeant.

XLI. Et quoniam Adverſarius validis, atque ſolidis, quibus nos pollemus, rationibus deſtitutus, induſtriam adhibere debet ad propoſitum finem obtinendum, primum artem Rhetorum videtur imitari, præſcriptum quum ſit, ut, ſi quando multa levia ad aliquid probandum argumenta ſuppetant, ea ſimul omnia veluti conglobata congerantur; talis omnino videtur eſſe ratio, quam tenet P. Zuzzeri ad efficiendum id, quod

(1) *Ad Atticum lib. primo Epiſt. 8. Ad Q. Fratr. lib. III. epiſt. prima. Famil. lib. VII. epiſt. 23.*

Digitized by Google

quod ſibi propoſuit : quinimmo alia deinde arte eumdem inniti manifeſtum eſt, & ex iis tam variis, tam diſparatis, quæ affert, monumentis, videtur potius eruditionem qualemcumque proferendo, ſpecioſis tantum, non firmis argumentis niti, ac prorſus, quantum ad propoſiti finem & ſcopum attinet, alias plane res agere, id quod & ex muſivo opere, quod ab eo laudatur (1), & ex inſcriptis, ſive litteratis laterculis (2), atque ſolario maxime probatur (3) ; quæ omnia in ſua Villa eruta dum enarrat, maxima ſe habere documenta & rationes exiſtimat ad nos ex antiqua Tuſculani noſtri poſſeſſione depellendos. Verum quanti hujuſmodi res faciendæ ſint, quantum referat ad facti, quod aſſerendum eſt, veritatem, injuriam lectori faceremus, ſi hîc perpendere velimus.

XLII. Et ſane, ſintne opera illa hujus, vel alterius ætatis, ad illud, an aliud Romæ ſæculum referenda, antiquiorumne, an poſteriorum artificum guſtum præferant, ad Syllana tempora, an anteriora, & poſteriora ſpectent, & talis Imperatoris geſtorum præſagia, an ſymbola ſint; quam parum ad rem, de qua agitur, faciat, quis non videt? Immo vero quis non potius videt, conſuetas in hujuſmodi rebus viciſſitudines; taleque argumentum contra Adverſarium potius, quam noſtrum contra Tuſculanum intendi poſſe? Ex eo enim quod tale monumentum ad Syllam referendum ſit, nihil Cryptæ-Ferratæ Villæ detraheret, immo potius aſſerere videretur, quod de vicibus, quibus Tuſculana Ciceronis Villa ſubjecta fuit, inter nos atque Adverſarium convenit : eadem enim



(1) *Num. XXI. pag. 22. & ſeqq.*

(2) *Num. XXIV. pag. 26. uſque ad num. XXX. pag. 32.*

(3) *Num. XX. pag. 21.*

enim ferme ratione, qua plurima monumenta ex Ruffinelliana Villa in Muſæum PP. Soc. Jeſu ornatus gratia translata ſunt; ſic tum ornatus gratia, tum invidia Gabinii adverſus Ciceronem non modo opus illud muſivum, ſed quamplurima alia Ciceronianæ Villæ ornamenta ad Gabinianam Villam commigrarunt. Præterquamquod argumentum ex Solario petitum pro conſtituendo Ciceronis Tuſculano, nullus non viderit, qui ſciat, multo ante Tullii ipſius ætatem Solariis Urbem abundaſſe: quod ex his Plauti verſibus apud A. Gellium (1), quos elegantiæ, & venuſtatis gratia hîc adſcribimus, facile colligitur, & comprobatur.

*Ut illum Dii perdant, primus qui horas repperit,*
*Quique adeo primus ſtatuit hic Solarium,*
*Qui mihi comminuit miſero articulatim diem;*
*Nam me puero vetus erat Solarium*
*Multo omnium iſtorum optimum, & veriſſimum,*
*Ubi iſte monebat eſſe, niſi quum nihil erat;*
*Nunc etiam quod eſt, non eſt, niſi ſoli libet:*
*Itaque adeo jam oppletum 'ſt oppidum Solariis,*
*Major pars populi aridi reptant fame.*

Ex quibus optime deduci poteſt, talia vel commodi, vel ornatus gratia Villis omnibus potuiſſe eſſe communia.

XLIII. Ad laterculos autem veniendo facillimum quidem, omniumque perſuaſioni obvium reſponſum eſt; quamvis enim probari ab Adverſario noſtro poſſet (2), nomina SVL., SVL. ANIN. P. P. F., .ΙVS .Ι, IAG. SVL., TVKI in lateri-

(1) *Noct. Attic. lib. III. cap. 3.*
(2) *Num. XXIV. pag. 26.*

teribus inſcripta vel Syllam, vel Ciceronem, vel alias quaſcumque perſonas deſignare; nihil adhuc ex eo vel pro Gabiniana Villa, ſive Ruffinelliana, ſive contra Tuſculanum noſtrum, neque in ejuſdem etiam favorem deducendum eſſet. Quis enim eſt, qui ignoret, temporis tractu, multa quum ædificia corruant, nova extruantur, ſæpiſſime locum eſſe, ut ex ruderibus unius materia congeratur ad novi alicujus operis conſtructionem? Quod ſi iterum corruat, & talia tractu temporis rudera effodiantur, quam falſus eſſet is, qui ex talibus monumentis repertis firmum, æquumque judicium ferret, locum ubi ea effoſſa ſunt, illum eſſe locum, ubi ædificium illud fuiſſet, domini illius, cujus nomen vel lapis, vel laterculus, vel aliud monumenti genus inſcriptum exhiberet? Quod & in columnis, in ſepulcris, & in quadratis lapidibus, tum in ſacris, tum in profanis ædificiis paſſim evenire experientia confirmat. Præterea tandem ſi per laterculos illos Cl. P. Zuzzeri inibi L. Syllæ primum, Ciceronis tum Villam fuiſſe perſuadere nobis contenderet: non quinque, at plurimi lateres in Cryptæ-Ferratæ Territorio reperti characteribus his inſigniti SVL., PHIL. SVL., RVFI SVL., CHER. SVL. idipſum pro nobis evincerent. Quid ſi quis lateribus illis, quos idem pro ſe affert, L. Syllam, qui XXXIII. Æræ Chriſtianæ anno conſulatum geſſit, vellet denotari? Quid ſi quis laterem illum TVKI ad Tullorum Familiam, ex qua C. Tullus anno Chriſti CIX. Conſul iterum fuit, pertinere vellet? Nam quum ex hujuſmodi lateribus; nominibuſque inſcriptis admodum leve ſit argumentum; utriuſque litigantis par erit ratio. Præterea ſi cujuſdam Cl. Viri Jeſuitæ fide & doctrina præſtantiſſimi di-



(1) *Num. XXIV. pag. 26.*

Digitized by Google

ctis ſtandum eſſet, qui noſtris apertiſſime faſſus eſt, inter lateres illos, alterum quoque fuiſſe inventum, in quo SVLANI plane & probe legebatur; quatuor illos lateres ad Sullanum pertinuiſſe aſſeverando, maxima quidem cum probabilitate controverſia omnis de medio tolleretur.

XLIV. Quod ſi præterea ad labra in Balnei uſum animadvertendum ſit; idem dabimus reſponſum, quod de ſolario, & de porticu, & de atriolo alio loco datum eſt. Talia enim inſtrumenta, quemadmodum Balnei uſus antiquis communis erat, nulli Villæ inſolita fuiſſe credendum eſt. Atque, ad hoc quod attinet, ſi talibus nos monumentis fideremus; talia etiam pro nobis ad rem probandam proferremus. Verum quia levis momenti ſunt, quemadmodum & Adverſarius ipſe non multum in ea re niti videtur; tantummodo, ne Lector tale aliquod monumentum etiam a nobis deſideret, pro certo affirmare poſſumus, quum alterum, Monaſterii noſtri latus anno 1739. extrueretur, Cameras tres oblongas, totidem portis ſibi reſpondentibus inſtructas, fuiſſe detectas: ac deſuper ea per loca fornicata uber profluebat aqua. In ejuſdem quoque Cœnobii horto labrum ingens e marmore duriſſimo, ad Balnei quondam uſum, aſſervatur, ac demum alia etiam labra in ſuo Tuſculano Ciceronem habuiſſe, aut e ligno, aut alterius materiæ, mobilia ſiquidem, & levia, ex Ciceronis ipſius verbis in epiſtola ad Terentiam, manifeſto deprehenditur (1). *In Tuſculanum nos venturos putamus . . . . labrum ſi in Balneo non eſt, fac, ut ſit; item cætera quæ ſunt ad victum, & ad valetudinem neceſſaria.*

XLV. Cæterum quum hac ſuper re affatim jam dictum a no-

(1) *Ad Famil. epiſt. 20. lib. XIV.*

a nobis ſit, & ad Tuſculani Ciceroniani apud Cryptam-Ferratam ſitum quantum attinet, abunde, & validis rationibus ſyſtema poſuerimus, nihil aliud reſtat, quam deprecari a lectoribus veniam, quod in quibuſdam, iiſque levibus, ac minutis oppoſitionibus diluendis ab Adverſario coacti, nimium multi fuerimus; quas certe ſatius fuiſſet præterire, poſtquam prima fundamenta ſtatuta fuerant, & potioribus objectionum capitibus reſponſum erat, per quas ab Adverſario talia fundamenta impetebantur; qualia fuerunt ea, ut alias dictum eſt, quæ ad veram, & genuinam Topographiam, ad loci genium, ad aſpectum, ad limites, ad alia adjacentia, ad irriguam prædii naturam, tum ex conſtanti de Ciceronianæ Villæ dotibus, & præcipuis qualitatibus, tum Ciceronis ipſius, ſuorum æqualium teſtimonio, & graviſſimorum Geographorum, Strabonis videlicet, potiſſimum pertinebant. Verum quia omnia ea ſpecioſa, quæ a Cl. P. Zuzzeri in Diſſertatione ſua erudite potius, quam ad rem allata ſunt, poterant fortaſſe lectores aliquantiſper dubios facere; quum novitas hoc potiſſimum tempore maxime arridere ſoleat; propterea nihil intactum duximus relinquendum, ſicuti nec ad extremum relinquimus, quæcumque ſparſim affert de recentiorum Auctorum teſtimoniis, tum celebris Jacobi Sponii in ſuo per Italiam itinere, tum Kircherii, & Eſchinardi, aliorumque complurium, quos a ſe facere quum ipſe autumet; neceſſarium exiſtimo lectores admonere, ne ſe in eo falli ſinant, illud ſemper attente reputando, quantum in hiſce rebus, & qua de cauſa, auctoritatibus dandum ſit.

XLVI. Et quoniam, quos ipſe laudat Auctores, nihil in medium afferunt, niſi conjecturas; idcirco iterum, & ſæpius

admo-

admonendus lector eſt, rem ad conjecturas tantum redire, unde facile deduci poſſit, quantum in iis momenti ſit, ſi ad ea reſpiciatur, quæ ex oppoſito conſtanti aſſertione, antiquiſſimorum Scriptorum auctoritate, & rebus ipſis clariſſime evincuntur. Et ſicuti Scriptores ab eo allati modo opinionem, modo traditionem pro fundamento dant; ſatis in aperto ſit, quibus fundamentis tota Cl. P. Zuzzeri Diſſertatio innixa ſit: ſimulque quale oppoſitæ ſententiæ noſtræ pondus exiſtat, quæ aliis longe diverſæ naturæ fundamentis nixa ſit. Clariſſimam faciunt rem, quæ per me affirmatur, verba ipſa Adverſarii, ſi hîc afferantur, ex quibus nemo per ſe non deprehendat, qualia ipſe adducat, qualia aucupetur, & quam leviter ipſemet in iis confidat (1): *Godo, che queſta mia ſentenza del ſito della Villa Tuſculana di Cicerone ſia ſtata già la comune fra gli Antiquarj de' tempi traſandati, il che può eſſere di non lieve argomento pel noſtro intento. Il celebre Giacomo Spon* (1) *nel ſuo Viaggio fatto per l' Italia nel* 1675. *portoſſi a vedere il luogo. dove ſtava l' antico Tuſculo, e parlando del ſito della noſtra Villa, dice le ſeguenti parole -- La tradizione ci aſſcura eſſere ſtata la Villa di Cicerone* --. Quis ex verbis ipſis Cl. P. Zuzzeri non manifeſto deprehendit, quales is, ut ita dicam, anſas captet, vel arripiat, per quas tamen nihil aliud efficeretur, niſi ut rem probabilem tantum, & minimo quidem probabilitatis gradu faceret? Quod manifeſtius eſt ex iis, quæ deinceps immediate ſubjungit (1): *Il Padre Kircher dice eſpreſſamente, che molti Antiquarj de' ſuoi tempi eran di*

(1) *Num. XXXI. pag.* 31.
(2) *Voyag. lib.* 1. *pag.* 43.
(3) *Latium Part. II. Cap. I. pag.* 56.

*di parere, che la Villa di Cicerone ſteſſe ſopra il Monte Tuſculano nel luogo appunto dell' ultimamente ſcoperta Villa : dove allora ſi vedean ſopra a terra i ſoli ruderi :* Atque ut de levitate conjecturæ, nec ſatis conſtanti teſtimoniorum aſſertione quidquam accipias, animadverte, quæ paulo poſt ſequuntur : *E' ben vero, che il P. Kircher crede, che in queſto luogo ſteſſe l' Accademia Tuſculana di Cicerone, e che eſſo vi ſi portaſſe co' ſuoi amici da Grotta-Ferrata ( creduta dal Kircher Villa di Cicerone ) a fare l' erudite conferenze ſopra le materie Filoſofiche* ; ex quibus quæ probandi ratio ab Adverſario teneatur, nemo eſt, qui per ſe non cognoſcat.

XLIX. Verum quia Cl. P. Zuzzeri cum iis, quos producit, textibus ad traditionem potiſſimum videtur confugere; hanc ineundo viam, cauſæ ſuæ perperam ſane conſulit : non enim animadvertit, imprudenter ſe in eum locum inci-diſſe, qui totus contra ſe eſt, & unde vix poſſit effulgere. Etenim ſi traditione hîc pugnandum ſit, quomodo ſe Adverſarius expediet, quando a nobis intelliget, præter præcipuas, & firmiter ſtatutas rationes, ab antiquiſſimo uſque ad præſens tempus ſtare ſinceram, ac genuinam traditionem ? Hoc manifeſtiſſimum ſtatim eſt, ac tum noſtra Diſſertatio, tum Adverſarii legatur; ad quem enim finem confecta eſt Diſſertatio Adverſarii, niſi ad antiquiſſimam traditionem, quæ pro nobis eſt, convellendam ? Ad quem finem confecta eſt Diſſertattio noſtra, niſi ad excludendam, non dico traditionem, ſed opinionem, quæ nonniſi ab eo tempore convaleſcere occœpit, quo a PP. Societatis Ruffinellianæ Villæ emptio facta eſt ; pro qua ſtatim de Ciceronis Tuſculano exorta quæſtto ſuper traditione fundata venditatur.

XLVIII.

Digitized by Google

XLVIII. Quamobrem ne ad nauſeam uſque plura hic de hoc argumento congerantur, tum ad aſſertum noſtrum evincendum, tum ad alia Adverſarii minoris momenti objecta diluenda; contenti erimus tam potiora rationum capita, quæ a parte noſtra ſunt, ſtatuiſſe & confirmaſſe, quam difficultates ab Adverſario objectas, quæ aliquibus fortaſſe magni ponderis videri potuerint, penitus ſuſtuliſſe. Quibus, ut par erat, præſtitis, neminem arbitror, qui rem juſto judicio perpendat, futurum, cui ſuper Ciceronis Tuſculani in Cryptoferratenſi Agro, & Cœnobio noſtro, antiquo ſitu vel minimus ſcrupulus reliquus futurus ſit, quique non malit, non modo cum vetuſta, conſtanti, legitimaque traditione, ſed cum graviſſimorum Geographorum, aliorumque veterum Scriptorum auctoritate, & cum manifeſtis rationibus, quæ ex Cicerone ipſo, & æqualibus ſuis eluceſcunt; potiori antiquæ ſententiæ magis acquieſcere, quam novitatis ſtudio, ad plauſum captandum, & ſe, & alios in errorem inducere, poſthabita cura veritatis, qua nulla res hominibus potior, carior, aut antiquior habenda eſt.

*FINIS.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google